

PROBLEMATVM NATURALIVM

SECTIO PRIMA.



VR Eclipses, id est, Quorūm? An quia ex necessitate s̄ terra in medio esse debuit. An vt per illas omnia cælestia innotescerent? A Solis enim motu luna, ab ea fixa: à fixis erraticis: inde motus & constitutiones. An vt intelligamus immortalia participare etiam posse quibusdam affectionibus, & quibus? An quod luna natura media sit, vel alia.

2 Cur in Africa cum sit calidissima, montium cacumina adē rigidē vt manus imposita quibusdam aquis emoriāntur? An quia comparatione aëris sic enim aestate videntur multo frigidiores. At ibidem aët etiam frigidissimus est, vnde pruina & grando. Fortan quod ex nimia caliditate euaporaat omnis calor ab aqua idēque admodum refrigeratur? Elementum enim omne frigidissimum. An potius quod per antiperistastim refrigerata regio illa: hæc autem maior in calidissimo aere, vt liquet in congelatione aquæ feruentis, non naturalis. Eadem causa niuum & grandinum ac fulminum.

3 Cur in desertis spectra? An quia homo maximè timeat, ideo talia imaginetur? An quoniam ibi aër crassus sit & vaporosus vel propter arenas: aut defectum ventorum aut stagnorum exhalationes. Certè existimare quod dæmones in solitudinibus inhabitent, non est Peripateticum.

4 Cur à cæde improborum & potentium maximè, spectra; vt de Agrippina Nero-nis matre tubæ (ea enim fuit neptis illius Agrippæ qui Pompeium Sextum nauali prælio vicit, & Pantheon dedicauit) Et à Caligula hortorum inquietati custodes? An opinio hominum timori mista? An fama popularis, cum sint agniti omnibus? An sanguis ille prauus poteſt assimilare simulacra inania hæc? An Dæmones quibus inservierunt id agunt? An etiam aliiquid aliud. Neque enim omnia possunt sciri: præsertim tam frequentibus mortalium rerum revolutionibus. Eadem verò & ab eisdem causis, in locis vbi magnæ clades acceptæ sunt.

5 Cur stellæ poli australis lucidiores ac maiores quam Borealis? An quod Cœlum ibidem siccius sit? Vel quoniam aët sit ibi

rario ob Solis Perigæum? An quia rariores? vel quod ob admirationem præferantur? An quoniam reuolutis perpetuò vt ab initio aliquo sic contigerit?

6 Cur eadem die multa quibusdam contigerunt? An id fortuitò palam; sed superstitione obseruatum, vt in ludorum calculo? An proprium quoddam in temporibus, velut in rebus, vt ouis lupo, mus feli, ferrum magneti. An quod Sol propè locum illum; vt verò dixi superstitione singit qua proxima sunt fusse in eadem die. Hierosolyma certè x. Augusti captâ est à Tito destrutumque templum: Annis ante xcviij. eadem fuit à Babiloniis templum concrematum. Deus modò nouit an Romano more numerati: hi anni fuerint: Nam Hebræoru nil simile comparentur. A Cherea occisus Caligula xxij. die siquidem Ianuarij qua Philippus à Pauliania. Rutilius consules xxiv. Iunij interfectus victo exercitu: post Didius eadem die à Marsis vterque & post Siphax à Massinissa in Africa, Itémque Asdrubal in Italia à Romanis, eadem rufus die. Quid nostra ætate clarius, non incerto nec instabili annorum fluxu. Carolus V. Cæsar & Imperator natus xv. die Februarij, vicit ac cœpit Francicum Gallorum Regem eadem die, dum perfecisset xxv. annum. Annis vij. pðst, Coronatus est Bononia. An quod multa & multi studiosè in eadem diem congregant ambitionè aut superstitione: quod etiam profuit sicutà superstitione, velut à Marsis adhuc seculo illo rudi & populo Romano Pastorum ritu viuente. Certè quod fortuitum omnino est non excedit sortis inconstantiæ.

7 Cur à cometis, clades, calamitates, Principum mortes? An equidem hæc euéniant semper aut propter eiusmodi incertum est? Pluuias autem inconditas post siccitates longas efficere solent, multo attracto vapore supra. Quod si mediocris sit natura aut magnitudine non ita. Ergo ab immoderata intemperie perire debiles & intemperatos facilè contingit cuiusmodi sunt Principes ob curas, vigilas, conniuia & immoderatam venerem vina potentia quæ pro curanda ventriculi imbecillitate assumunt? Nero irrito euentu, Vespasianus haud irrito irriterunt. An quoniam multa in multis accidere necesse sit, talia autem ad illos qui eminent, referuntur? An quod vulgus feratur minorē

622 Problematum Naturalium ,

minore ratione ? Et quanquam ratio prædominetur libertate tamen voluntatis tam licet viueret contra rationem , quam præstaret contrarationem .

8 Cur quibus exitium imminent paulo post , obstupecunt ? Non mirum est de his qui præscient : habent enim causam manifestam : sed qui non norunt , vt quos melancholia inuastra est : hos enim maximè affici contendunt ? An quod raro contigit , id propter admirationem pro norma habitum est ? An illud , Mens præsaga mali ? An quod si ac humoribus illis iam coquinatis sensus laedantur ? Et si fortuita sit præcedentibus quibusdam vmbbris , corpus & animus velut à torpedinis contactu , expers sensus vigoris sit ? An Genius quidam admonet aut forsitan etiam Daemon ?

9 Par forsitan causa aut similis in cladi bus , vt Appianus in bello ciuili Augusti contra patriam primo cum proscriptione sauerunt . Inde post inter ipsos ? An teter ille humor adeò afficeret potuit corpora nostra ? An conficta à prauis , credita à simplicibus , plebeculam prælertim metu perculsa ? Aut composita ab historicis vt fuso delinirent scripta sua ? An aliiquid huiusmodi visum , sed fama super auctum ? Inde in historias translatum ? An ex vaporibus crescere aliquid tale potest ? Et vox etiam elidi ?

10 Cur mare cuncta quæ supernatant reiiciunt ad littus ? An quod Aqua sit rotunda & ideò humiliora medio latera ? An potius (quoniam non magis in medio distabunt quam in lateribus) quod in vase contenta tumescat in medio manifeste : mare autem vas quoddam ? Vel quod agitata hinc atque illinc requiescant vbi minor motus , minor , autem motus circa litus quoniam littus quiescit , & aqua etiam effunditur & ibi finitur .

11 Quæstio de animi immortalitate cur toties agitata apud Philosophos & nusquam decisa ? An quod maxima sit ac nobilissima ? talia verò magnas contentiones adducere solent . An quoniam difficillima , quoniam de incorporeis ? huiusmodi autem à sensu longè ablunt , talia verò incognita & ambigua ? An quia diuersa secta Philosophorum in huiusmodi quæsitione sibi velint ac principiis ex condicione fauere , etiamsi scient se male sentire in huiusmodi causa , & aberrare ? vel dicendum morum & finis humani rationem ex hoc pendere quæ cum sint magni momenti auxerunt in defendendis dogmatibus pertinaciam sectarum contrariantium : velut Academicorum & Epicureorum : Peripateticorum & Stoïcorum . An ob id forsitan quod secum trahat cunctarum rerum naturalium districtam determinationem atque cognitionem ? vel quod per se iucundissima sit , & scitu digna videatur . Aut quod verisimilius est proprius accedendo quod cum constet satis de illius immortalitate duo tamen quæsita in quibus tota consistit difficultas unum naturæ aliud nostri , indeterminata & obscura manferint ? unum quod cum Mens communis sit qua intelligimus ita tamen intelligimus vt intelliga-

mus nos ipsos solos intelligere non alios . Quod cum mens substantia quedam sit , quomodo fieri possit , affirmare minimè licet . Alterum quid intersit homini qui à morbo resurgat ex quo omnis pristina memoria atque cognitio interierit , quod vt in ætate iam adultis raro accidit , ita in infantibus ferme semper quod postea superuixerit . Hoc vt aliud est facilius quam videatur , ita videtur facilius quam sit : ex quorum ignorantie præcipue res ed difficultatis aduicta est ; latet ergo hoc solum non principale quæstum neque in eorum dubitatio neque in duobus principiis necessariis , sed admissis illis atque intellectis , res eo deuenit vt primum diuidatur in quoddam nubilosum immortalitatis genus vix ipsis qui Philosophantur notum , & syncerum quod vulgo notum est , & plebi plausibile , ad quod non adeò habent Philosophi certas rationes sub quo illorum huiusmodi immortalitas debeat collocari . Orta autem est tota difficultas ex hoc vno , quod quæ de vita dubitari poscent an diuidi queat an patiatur quomodo operatio absque substantia vt inhaereat ad animam translata suam , vt ergo omnis anima & præter mentem incorpoream sit & vtroque genere immortalitatis predita sit .

12 Cur à imine lienciendi , atque etiam breui perituri , quanquam non adeò , ex Etruscorum doctrina ita obstupecunt vt vix sentiant ? Quæstio propter quid est si est presupponat . Propterea cum non in omnibus hoc accidat , pro norma habendum vt quæramus si cui accidat cur adeò facile hæc iungantur ? An hoc quod quamvis fortuita causa dici possit , iam tantus impetus causatum obruat sensum illius ? vel quod huiusmodi homines velut nocentes debilitentur quoniam non nisi magno concursu accidere possit , vel quoniam hoc genus hominum peculiari cuidam causæ propria subiiciatur .

13 Cur oblesi mali ? Facile ad hoc astrologi respondent quoniam luminibus in angulis quæ præsumt maleficas succedunt . Sed non petenda ex terris , nunc astra , Gibbi , claudi , cæci , strabi , surdi : non sunt , nisi lesis & grauiter neruis , nerui à partibus cerebri oriuntur , necesse est igitur grauiter cerebri partes & coniugata læla esse , quare sensus & mentem . Ideoque minus valente mente . Omnis autem ignorans malus : neque improbitas in vere sapiente , at cum non admodum lesum sit cerebrum sed iactura in aliud membrum translata sit loco , callidi sunt deceptores .

14 Cur in serpentum genere plura monstram quæ in aliis ? An quia absque semine generantur , vnde ampla naturæ facultas variandi formas ? An quoniam diuersa generatione ; alia enim ex semine , alia ex ouis , alia vermis , alia absque vlo alio principio , alia ex certo rerum genere quemadmodum & vermes ? An quod velut pisces ex vili & ampla materia & ob id multis modis variabili ? An quoniam saepius contingat errores in eorum generatione : vnde in Cœlo nullæ ob nobilitatem paucissimi in hominibus : hæc verò abiecta ? Indicio sunt errores etiam

etiam in hominibus actionibus vilioribus frequentissimi : vel quoniam ob paruam attritionem facilè coeant in vnum : & misceantur diversa genera ? vt in canibus cum lupis, tigridibus, vulpibus : multi autem monstrifici sunt : velut & qui è vulpe mutis. An quod ob horrorem & metum ac habitationem ignotum sit genus illorum fermè totum , & idem magis species : omne autem rarum, monstrificum habetur : velut & de animalibus quæ in Africæ solitudinibus inueniuntur. An quoniam persuasum sit serpentis nomen dici de leuibus scilicet nec pluma nec pilo contentis : cum dicatur tantum de his, serpunt tantum , non ergo putant esse leue animal , quod pedibus careat , cum leue in hac duo genera diuidatur : cum ergo animal anguinæ pelle conspicitur, pro serpente habetur: unde si pedes habeat, Monstrum: cum sit animal non solum suæ & certæ speciei sed generis, sub quo multæ species comprehendantur ? An demum quia leue sit & sine pedibus, conspicuas & minores habent differentias , idem monstrificum habent si discesserit : nam in aliis latent minora , & maiora discrimina speciem aliam constituunt.

15 Cimices cur cum vident lucem se condunt, sub obscuro prodeunt? Si quis velet eos comparare noctuis & bubonibus ac vppupis quæ animalia melius in nocte vident quam in die, aberabit: ea enim in luce male vident, contra cimicibus accedit, rectè enim fugiunt, & quo se condere possint, ut appareat in lumine videre, an ex consuetudine lucem horrent, odore autem trahuntur ad homines, nascuntur tamen & inter tabulas: quamvis Aristoteles arbitretur ex humido animalium illos procreari. At quomodo in libris? ex illuie tractantum & in mutis ac tabulis? at quamdui absentibus hominibus etiam per annos: at progenerari alia ratione, indicat maximum incrementum si negligantur: nam non idem accedit in pulicibus, cum enim calor abundat non ex precedentibus multiplicantur: liquid ergo generant per quod generantur. Diffugunt autem lumen non ob calorem quia homines non vexarent, neque quia hebetentur eorum oculi non enim tam temere discurrent, cum ergo neque calor neque claritas ad fugam eos compellat neque visio hominis neque enim tanti sunt relinquitur ut id agant quoniam tenebras natura diligunt.

16 Cur aëris corruptio quæ tangit, velut etiam in farina, quam vt seruemus iubemur malleis illam intrudere, sed & punica tritico tegimus vt diu seruentur, & succos oleo? cum tamen perflata diutius durent, maximè Boreæ exposita. An quæ seruantur non diuidi oporteat, aëris autem diuidi quoniam mouetur. At quæ perflantur refrigerantur, ideoque seruantur, putredo enim à calore & humido sit, motus autem vtrumque finit, vel quodd aëris seruet purus, sed vapores corrupti, aëris autem motus celeriter purus est aliis autem vaporibus refertus est.

17 Cur Britannia longas habeat aestates, cum in Scotia illi contermina, vix Iulio mensis aët tepecat, statimque Martij mensis excedat Italici climatis habita comparatione ? An quod Scotia à Septentrione posita seruet frigora, aqua autem mari, & aperitus ad meridiem versus Galliæ, & lapidis sub terra putridi halitus vbi calorem concepit, diu seruare solet ? An quod assueti frigori minimum caloris molestè sentiunt. In Scotia autem & multis Germaniæ partibus ob montes & seruatas niues ac ventos assiduos tempus fermè nullum aestuum appellari potest, sed hyems aut inæquale tempus, vel quoniam peculiari vento subiciatur ob situm & propinquitatem loci, qui calorem seruare iam conceptum possit, inducere nequeat?

18 Cur perpetuò in Britannia flant venti ? An quia proxima Galliæ quæ vt in proverbio est saxosa, ventosa, rixosa: eā autem parte vtrqua prouincia plana est. An quod Cœlum sit frigidum, humus calida, aqua maris vaporola; ex his autem maximè vi gent venti ? Aut quoniam aestus maris cum quater in die cieat aërem, ex quavis causa venti inualescunt. An quod mare ibi Angusto transit inter Gallias & Britanniam claudatur neque enim plus xxx. M. P. distat Icicum à Deura. An quodd sub terra cauet ne plures in Britannia claudantur. E quibus efflantur, spiritus iuges indicio quodd insulæ solum multis in locis tremit, & nisi assidue vapor recluderetur necesse foret absorberi insulam.


19 Cur Rhodus & Delos insulæ emergerunt ? An quodd quemadmodum ex terremotu, ciuitates (velut in Asia, Tiberij tempore) submersæ sunt, ita in mari contraria ratione aliæ emergerint ? Sed non cur emergant ob hoc ratio patet: cum subsidant cavernis aëre vacuis, aqua verd ob fluxura repletis. Huic quid habes quod opponas. Dicunt Peripatetici ordinem generationis & corruptionis circularem esse. At hoc est ac si dicas Herculeum lapidem ferrum trahere quoniam lapidibus variae & admirabiles vi-



res infint. Sed neque quodd, aqua ex loco declinante, detegatur: nam sit A, qui cum non videatur B, autem & C, videantur necesse est vel A, B, vel A, C, totum detegi antequam A, quare A, emergetur continens non insula. Melius est ergo opinari quod antea aulsa sit vnde Delum dicut antea natasse successu temporis adhaesisse loco altiore: inde reiectamentis appulsi vi maris acreuisse & consolidaram esse. Quæ vero immota antea concreuere ob situm verisimile est acreuisse velut erecta D, E, ad centrum D, G, & directo F.

624 Problematum Naturalium ,

20 Cur flumina magis excrescent nive quam imbris , cum tamen pluiae plus &



in minori tempore aquarum effundant ? An quod pluiae causa sint manifesta ideo minus animaduersione dignae : niuum , colligatio his qui plano habitant minus cognita , ideo incrementum magis conspicuum , vt magis raro , vel quodd in paucis diebus colliqueret quod in multis cecidit à Cœlo , ideo magis excrescent flumina . Aut quodd vix plus aquæ contineat quoniam totos dies & noctes ningere , pluere nunquam videamus . Tum verò quod aëri niuersus minus resolutus vt frigidior , quam pluviarum ideo plus remanet . Sed neque id semper verum forsitan plerunque contingit .

21 Cur vina aliqua diluta sunt dulciora , alia dulcedinem exuant ? An quod qua vchementia sunt & vinosa ac austera , remissio sapore acris dulcedinis , sensum magis admittunt contra leua cum dulcedinis aliquid habuerint , diluta & dissoluta substantia sunt insipida . Oportet enim ad hoc vt dulcia sint penetrare linguam : quæ si nimium aquosa fuerint , non penetrant ; ideo insipida dicuntur & videntur . Duo enim dulcedinem impediunt , nimia crassitas & nimia tenuitas ; quorum vnum , efficit saporem ; aliud , insipidum . Quid enim aliud est insipidum quam quod non sentitur ? ideo gemmae & metalla insipida videntur . Sed dices , cur aqua remittit saporem , acrem in acris dulcibus , dulcem adauget ; cum acris potentior sit dulci ? An quod insipidus cum nullus sit sapor , magis acris aduersetur quam dulci : ideoque etiam eum magis retundit ? An ratio Mathematica magis , sit A , insipidum : B dulce : C , acre : & manifestum est , quod B,C , maior est longè A,B : tum quia illam continet ; tum quod B,C , per se maior est , quam A,B , ergo remissis A,C , & A,B , ad medium , minor erit proportio B,D , ad E,A , quam C,B , ad A,B . Igitur erit E , dulcior ; quam D , simpliciter : comparatione autem B , A , ad A , E , minus , quam C , B , ad B , A . Hinc constat opus esse majoris aquæ quantitate , in C , quam in B . Quod si tantum addideris aquæ ipsi B relinquetur D , dulcior , quam E . Et quod insipidum magis fauet dulci , quam acri ; ideoque natum est , transire in dulce non in acre ; proprium enim cuique est magis conuersti in simile quam valde distans atque contrarium . Tertium , quod insipidum in acri , alia ratione dulcedinem auget , remittendo acrem saporem ; alia , in dulci , angendo substantiam ,

plusquam minuendo saporem : ideo dulcior videtur vncia lactis , quam obesus mellis .

22 Cur aquæ nunquam deficiunt ? Aristoteles diceret in frigida regione tantudem generari quantum in calida resoluuntur . Hanc verò mensuram seruare est grandium lancium & magnæ solitudinis ; Deinde quod frigus aut calor conseruat humanum genus & equorum ac stellionum ne intereat ? Astrologi dicunt Solem Aëri , Lunam aquæ praesesse : indicio æstus bis in die toto Oceano & etiam in parte Mediterranei . At causas aternas , effectus aterni consequuntur . Aristoteles putat mare non absumi ob pluuias . Plato animam illam Mundi cuncta conseruare , quod rationes contineat ingenitas , quibus etiam si interierent possint reparari , vt quodlibet fait ex quolibet , non autem ostendimus , nullam substantiam corrupti , sed tantum diuidi , Aër igitur & Aqua & Terra cum sint simplicia quantumcunque diuisa immutata semper , eadem manent & in eadem quantitate .

23 Cur Mundi machina rotunda ? vt capacissima esset ? An conductisse spacium conditori necesse fuit ? An vt tutor foret ? Merito ab insidiatoribus qui extra ipsum habitarent : An vt circumvolui posset ? Si circum totus agitur , necesse est ; aliter non . Aut forsitan non expedit casas sciscitari eorum quæ illis propria sunt , velut cur homo intellectu prædictus sit ? Lux lumen diffundat , cum aliter lux non esset , vel quoniam rotundus non sit , hoc enim suppositum est . An quia circulus æqualiter distantem perfariam à centro habeat ? Sed hoc est Mathematicum ; Quæstio verò de mundo naturalis est velut cur homo natura rectus sit : nam de re , non figurâ , quæstio est .

24 Cur Aristoteles & Averrois negant in sensibus voluptatem animalibus , nisi quæ à corporeis sensibilibus proficiscatur velut odorum qui à saporibus & rei venere ob tactum & lucis ob commodum ; At non pectoræ , non musicæ , neque carterorum oどrum . An quoniam corporea sit eorum anima vel quia ratione careant ? An quod verum non sit ; carduelis enim & Philomelæ instrumenta musica audiunt attente & modulationem imitari conantur , Ceru , cithara vel fistulæ adeo capiuntur vt eis exitio sit . Quin quod tu illustrissime domine commemorasti , equi chirothecarum bene olentium suffictibus oblectantur , & manus odorant eorum qui illas gestant cum voluptate blandientes . Ergo cur non pectoris , cum nullus sensus plus possit visu ? At sanè de harmonia simplicem aliquo modo intelligunt vt multarum vocum nequaquam . Ita & canes odore dominos agnoscunt , compositam harmoniam aut odorem non agnoscunt ; quoniam non rationem habent consentuum & ideo ex nullo sensu latentur aut tristantur sed ex natura ; vnde magnorū errorum causam hoc prebuit , cum enim equus visa equa hinnitum edit non equum esse cogitat quod multi putant ; sed natura impellente vocem hilarem emitit , Et cum gallina milium videt emitit timoris

C
D
B
E
A


timoris vocem : perinde ac si tu acu pungaris , parum contrahit brachium , non animaduertens quicquam , sed natura duce : si vehementer exclamas . Fit ergo sensus ex anima quæ cognoscit ; sed quod edit signum absque cognitione : cum canes latrant gallos gallina blanditur gesta ac voce disfuncta , animi sensus & naturæ impetu id agit . Ergo & memoria horum absque cogitatione est , quoniam nulla anima complexum aut comparationem vel coniunctionem præter humanam admittit .

25 Cur quadrupedia non discunt loqui (quanquam referant hyenam imitari voces humanas noctu) ; aues autem picæ , sturni , merulae , turdi sic ? tum etiam corvi . Qui-dam dicunt id contingere , quod quadrupedibus lingua lata sit aibus tenuis & angusta . Sed Pstaco eum sit latissima atque crassissima dicemusne quod non loqui possit iuxta illud Persianum :

Quis docuit Pstaco suum chere?

Propterea videtur quod aues sint subtilioris animæ . Sed id fallum est . Quæ prudenter elephanto ? ingeniosor simia , docilior cane ; amantior hominum equo ? Forsan dicit aliquis aues inarticulatas melius intelligere , propterea & melius referre . Sed quis cane melius nōnit proprium nomen . An , ergo dicendum aues imperfectas magis esse , vt quæ plus distent ab humano genere : idēd vocum varietatem melius intelligunt ut dictum est prius . Quadrupedia dum quid simile cogitationem possident impediuntur ab intellectu vocum , velut cogitabundi magis quam nil cogitantes . An quod aues ficticius habeant cerebrum ac nervos , idēd aptius illis vti possint .

26 Cur ensis per aciem ductus strider , per latum vibratus non ; cum tamen plus aëris capiat & moueat ? Quæ situm tuum est Domine . Ergo qui per aciem descendit , velocius mouetur , idēd aër non potest tempestiuē cedere . aër ergo qui proximus est aciei strepitum edit quoniam qui subest , rationem subit corporis solidi : cum verò duo corpora dura colliduntur , aëre intermedio , sonum edunt , in lato autem aër mollis & rarus dissipatur prius ; idēd sonum non edit . Quamquam enim motus differentia per aciem & latitudinem ; nihilominus propatio magna est & quadrupla maior & longè .



27 Sed cur in fenestra posito A , vitro , in B , oculo , lumine in C , appetet in D , & non in E : quoniam oculus iudicat se videte per rectum , quare per B , A , quod tendit ad C , non ad E ; Sed hoc planum est cailibet Mathematico . At naturale quæsumus longè difficultus est , cur sub D , & minus , ex eadem parte F , aliud lumen vi-

Tom. 14

detur ? Adeò vt nisi B , eleuetur , non possit videri . Est ergo ex eadem parte minus & ultra ad inferius , ipso D , hoc est quod optimè animaduertisti . Alias dixi de duplice facie . Oportet igitur A , vitrum , non vt perspicuum sed vt speculum proponere : nam secus C , videretur vt rectè dubitas in E , eo quod recta fertur radius ad E . Igitur semispiculum est & semiperspicuum medium . Ergo hoc contingit radiis , reflexis à prima superficie atque à secundâ ; qui cum à diversa superficie loco reflectantur atque in eundem locum idest in B , necessario differre loco videntur ergo esse duo .

28 Cur Luna in deliquis rubet , cum à Soli radiis destituta obscurâ reliquo tempore sit ? Indicio est (quod mouit Aristotelem ad id credendum) quod à nouilunio pars solum videtur quæ Solem respicit . Quod si dicas id contingere quoniam à maiore luce obtenebratur : constat neque in nocte eam partem lucere vel videri . Et quæ maximè Soli opposita sit . Quod si rursus assertines lucem habere propriam , cur ergo vel ab opposita parte vt dixi neque lucet neque videtur . At id speculo clare dignosci potest . Est tamen Aristotelis sententia in oppositum . Et referunt stellas qualidam per eam partem quæ obscura est tum Venereim , tum fixas apparuisse , vt etiam Dantes refert . Quod si dicas ruborem illum contingere ob paruitatem umbras terræ , in qua dum existit vt solida & nitens à proximis partibus reflectuntur radij , ut imaginem , ruboris præferunt . Sed vnde , cum nullum sit corpus nitidum simili & opacum prope . Dicemus ergo lumen habere proprium . An forsan ergo Aristoteles creditit his qui casu deliquium viderunt , ipse non vidit ? nondum exacta notitia motus lunæ Græcis habitâ . An quod (sed absurdum) radij per mare transentes aliquid lucis affert , à lateribus ad lunam . Sed lucidior esset in ambitu quam in centro , cuius contrarium videtur . Quinimo circa centrum semper videtur & magis lucet .

29 Cur stellæ in die non videntur ? Quoniam maius lumen minus obscurat ; sed cur luna videtur cum Solis radios exierit & tamen tunc luna minus habet luminis & vt ad aliquod tempus , quam Venus , Iupiter in Solis opposito & canicula ac canopum ? Forsan dicendum lunam proprium habere lumen , stellas catere , at ob etiam semper rotundas illas esse . Sed si ita est , in die ruberet non esset candida luna , imò minus verisimile est , quoniam lunæ lumen imbecillius esset lumine stellarum . Deinde cur luna non adumbrat noctu stellas cum est plena luminibus ; is enim splendor Solaris est proculdubio ; videmus enim lumen à speculo reflexum esse non minus imbecille reto . Dico quod prope non est , sed procul , longè imbecillius . Et etiam si stellæ lucerent Solis reflexo lumine , aliquando mutarent formam , aliquæ saltum . Et his colligicur , veritas . Quoniam stellæ , non sunt necessario rotundæ , fieri potest vt sint , sed minimè necessarium ; possunt esse quadratae

G G g vel

626 Problematum Naturalium,

vel alterius formæ quæ ob distentiam apparet rotundæ ex ratione visibilium quoniam quæ extra rotunditatem partes, non possunt mouere visum: Inquit enim author Cantuariensis, Solares radiis per angularia foramina transeuntes in obiectis corporibus rotundi euadunt. Et quanto procul remouentur, incidentium foraminum imagines à subiecto corpore tanto euadunt rotundiores. Illa autem corpora sunt perspicua & per ea lux transit & non sunt ut specula idè die superueniente euanescunt. Mars autem & quædam aliae ex fixis rubent ob inæqualem densitatem ut etiam in eclipsis. hæc autem verisimilis sunt, cum respondent experimentis quæ apparent, cum vitro, cristallo & aqua. Et idè etiam ex profundis puteis stellæ in die videntur: & licet nonnumquam prope solem videtur in meridie Venus ut ajunt sed opus est visu acutissimo. Et forsan corpus illud est in regione elementari. Et hora coitus luminarium die valde clara ex speculo in aqua positio.

30 Cur aëris frigidus aut calidus, imò in motu absque qualitate vlla excellenti percipitur, visu autem non? Solet responderi quod est medium visus, & quod recipit imagines visibilium corporum & colores & quod oportet recipens esse nudum à natura recepti, idè videri non potest. At se ita est cur non idem aquæ accidit, quam licet clarissimam tamen videmus. Idè dubium est, an nos aërem quia in eo degimus non videamus, ita neque pisces aquam? Delphines enim & vitulos marinos & quicunque aëris patientes sunt, aquam videre consentaneum est, non tamen aërem, est enim aqua crassior aëris sic; & Turfiones & quicunque respirant: qui aëris non sunt patientes tanto hebetiore visu quanto aqua facilius aëre videntur, idè pisces eiulmodi non vident aquam, extra autem non vident quicquam eo quod medio naturali ad videndum carent. Quod etiam illis confert ad duritatem oculorum. Quæ autem sub terra viuunt pari ratione omnino cæca sunt ut talpæ, vermes, serpentes, Astaci, verum quæ aliquando prœdeunt visum habent, ut eis sit excutibus visui, veluti astacis, phalangiis, serpentibus: vermis autem cum non prœdeunt cæcis esse conuenit proflus. Talpis quod essent è genere sanguineorum animalium visus instrumenta dedit: facultatis autem aliquid eousque ut lucem formidarent, cum exitus è terra exitalis illis foret, idè obscurissime vident. Homines ergo cum aërem non vident sentiunt tamen vel ob motum vel ob excellentem qualitatem: quare neque verisimile est vllum aliud animal neque pisces, neque vermes, neque cancri, neque quadrupedes videre posse. Sed si modo volatilis idque peregrinum velut muscas, at de hoc, velle considerare labor utilitatem superabit perinde ergo censeatur, ac si neque illa perspiciant. Dubium relinquitur solum de duabus generibus, de quibus post dicemus. Ergo cur est quod aërem saltem valde densatum non videamus? Quidam putant illum trahere in nebula, & tunc videri in sublimi,

tum etiam infra ut hyemis tempore. Sed id falsum est: nebula enim non est aëris sed vapor frigore densatus, indicio quod ab aquilonibus aëris frigidissimus sit, nec tamen prorsus videatur: imò minus quam unquam alias cum tamen sit densissimus, frigidissimum enim in unoquoque genere densissimum esse necesse est. Contra in matutino tempore ac sub diuculo aëre prope tepido videmus nebula prope terram sub fumi specie. Quin etiam si aëris vi usque ad rapturam folle in vas vitreum intrudatur non tam videtur. Sed hoc dicent contingere quod vas vitreum seu crystallinum quovis aëre densissimo sit crassius: ideo per ipsum aëris non potest videri. In regionibus ergo frigidissimis ubi imagines illæ coniunctorum quibusdam apparent & in calidissimis, à vaporibus densatus fiunt, his propter aëris tenuitatem conspicuis: illis ob vaporis densitatem quæ à frigore nimis & humido sit calore bituminis eum sursum impellente. At de illo qui suam imaginem semper præ oculis habebat non est ut agam; Primum enim non est certum experimentum: neque cuique alij contigisse narratur: nec ipse fidem de hoc facere potuit, idque forsan eo studio fecit ut tam leui labore nomen Posteris commendaret; quamobrem rectè Aristoteles qui fuerit dicere neglexit. Aliudque iam esset videre imaginem ab aëre. Tum verò quod extra propositum sit & rarissimum & incertum, non dignum est ut de eo sermo habeatur. Quatuor igitur supersunt consideranda: An vllum animal notum ut pote Aquila aut accipiter aërem videre possit vel altius ubi densior est etiam citra vapores? An homo aliqua arte eo peruenire possit? Quoniam indicio possimus deprehendere aërem visu? An aliquod animal aëreum possit generari quod tam tenuis sit naturæ ut illum visu cognoscere possit? videtur autem primum difficile cum aëris quamvis vaporibus plenus non videatur neque vapores ipsi; adesse tamen vapores in eo, lumen Solis per fenestras transiens ostendit; ergo magnitudo luminis adiuvat ad discrimen rerum discernendam. Si ergo vapores videri non possunt in auxilio tanti luminis, quomodo deprehendetur aëris visa vel etiam quantumvis condensatus cum per ultimam densitatem non possit peruenire ad quadragesimam partem substantiarum illorum atomorum? cum illi manifestè constent portione aqua: & hoc ostendit effectus & aëris sine quo ascendere non possent: & terræ per quam consistit latum ex quo deciduntur. Ergo si deprehendere constitutum sit, oportet esse quam densissimum & hoc assequens frigore & motu per angustissimum foramen & in rarissimum aërem se dipendentem auxilio luminis clarissimi, his coloribus in eo refulcentibus qui vivacissimi sunt, velut viridis, cœruleus, qui minus prospicitum impedit unde communis toti cœlo esse videtur & adumbrat visum: nam luteus & candidus nimis visum dissipant: ferrugineus, pullus, cinereus, fuscus, minimū habent lucis secum: ruber cum materia est vaporosa: niger totus in substantia terrea est videbitur que instar fumi annis luminosi. An vero vllum

vllum animal aërem videat verisimile non est , quoniam variis imaginibus detinetur. Et etiam quod si acie sit habeti non comprehendit; vel enim spiritu deficitur aut pupillam duram habet quorum neutrum conuenit: aut perspicax est : huic necesse est ut aëris tenuior videatur , vt melius videat velut , & nos per vitrum clarum quam densum , cu: nque se attingit nec possit frigidam aëris regionem superare , in densorem iam concessum ut hic aëris tenuior videatur , ille adeò tenuis ut perspicere possit. Quapropter animalia conuenit esse aëre ipso tenuiora quibus aëris pro perspicuo medio sit: ac inter perspicuum & speculum. Si non tanta moles animantibus vacet. Fabulantur tamen qui generationem perfectam posse fieri negant , nisi in terra atque aquæ superficie , hæc enim ex illis , illa ex aliis auxilio caloris Solis & syderum & enutrit aëris ut de Chameleonte constat & de Manucodiata aue iure existimatum est.

31 Cur Cœlum cum sit tenuius videatur , aëris non videtur. Solet dici non videari cœlum , sed colorem illum esse interminati visus. Sed ita sit si cœlum cum tenuius sit aëre partes habet quæ videntur & maximè quod tenuissimum est octauum plusquam mille astris illustribus : in aëre nihil tale. Causa est quod aëris est in perpetuo motu ut partes diuellant; Cœli nulla pars ab alia diuellitur cum omnes perpetuò tamen moueantur. Ea propter Cœlo affixa sydera videntur; aëris & ipse per tempora habet sua astra , cometas præcipù , faces , voragine , hiatus , quæ à flatu dissipantur , & nisi essent quod celerimè aëris superior , quasi totus circumferatur , quasi Solem sequens , non possent perdurare ; ostensum est enim in libro de Proportionibus , & paulo ante quod aëris velocissimè motus autem diuisus speciem præbet prorsus solidi & immobilis. Et inæqualitatem ergo in superioribus corporibus & in aëre oculus ostendit non solum in stellis sed in via luctea & in aëre : nam qui propinquior polis est , magis diuellitur quoniam tardius mouetur ; & cometarum tempus quæ enim cœlo propiores sunt , minus dissipantur , quoniam velocissimè mouentur , ideoque , tum ob moram , tum quia aëris densior ibi est , fiunt efficiatores , ut ergo cœruleus terminus est clari , ita obscurus & fulsus , profundum aquatum.

32 Cur decocta quæ vel paululum per interualla deteguntur , & quæ calida percolantur , imbecilliora , euadunt: Et quæ decocta feruent , celerius coquuntur quam coctæ , quamvis verisimile non sit: Ratio est : quæ deteguntur & quæ excolantur dum adhuc calida sunt remittunt partem tenuiorem in auras , ideo redduntur inefficaciora. Quæ vero bulliunt decocta , partibus dilabentibus , celerius dissoluuntur , hinc etiam sit ut vulnerati in corde aut iecore extracto cœlo statim intereant , quamvis antea supraicturi etiam aliquo tempore maiore malo opprimerentur?

33 Cur coniferæ arbores , velut pinus
Tem. II.

cypressus , larix picea , non admittunt inoculationem cur Quercus , Pyros ; Platanus , mala ; & lentiscus olea admittat : & myrtus , punica ; ac ficas , mora Plutarchus adducit rationem , sed fallam , quod oleagineæ sint plantæ ; cum sint piceæ ; Pix autem non miscetur oleo , quod est pingue aliarum plantarum. Aliter , quod his arboribus siccus ac tenuis cortex sit , vnde ab illo auxilium neque suscipere possunt neque ei iungi cum sit leuis etiam. Aliter quod cum absumant succum omnem in mole corporis , vnde magnæ admodum euadunt : fructus aut paucos aut nullos aut paruos aut admodum siccios edunt , vnde alimentum nullum ramo inoculato relinquitur.

34 Cur Echeneis remoretur naues , & hoc & sequentia nouem ex eo authore desumpta , non quod causam magnificiam quandoquidem etiam de quorundam veritate dubitem , sed ut modum seruare in huiusmodi meminerem , quâ in parte si non laude dignus quisque videatur , vituperationem effugiat cum meminerim , alias adduxisse rationes , placet tamen illius morem hic imitari , ut si non me explicem quod munera esset mei , saltum elabar. Ergo , inquit , dum siccæ est nautis , aquam diuidit & facile ac celeriter fertur : vdo imbibita , & algæ ac musco oblitera , non liberè fertur : & tunc abhæret hæc pisciculus viderürque ipse causa remorandi naem.

35 Cur equi appellati lycepsada , ferociores videntur aliis? Quidam dicunt , quia metu perciti didicerunt celeriter fugere , semper coram oculis imagini lupi obuersante. Dicit Plutarchus non , imò quoniam hi equi natura ferociores , dum potuerint effugere lupum etiam præstantes in posterum cuadunt , celeres & generosi , in fuga maximè ; Parum enim interest equo an fugiat an sequatur , cum causam non cognoscat vi supra dixi.

36 Cur hedera circò dissoluit niues ? An quia calida , ob id potestate niuibus aduersatur. An quod frigida , sed humida : vix autem ab humido dissoluitur ut experimentum docet. An quod densa , & ob id incalescat: maximè quoniam pinguis , excalefacta autem per antiperistatism niuem colliquat. Prima ratione , tuebimur niuem palea & pannis ruditibus seruari , quoniam à pannis siccatur , à palea verò etiam refrigeratur. Secundâ verò dicimus aërem frigidum prope niuem seruari calore panni & ob id congelatur atque seruatur. Addit ad hoc paleæ lenitas quæ circum tegit & non grauit : panni autem villoso atque similiiter viles sunt. Palam est autem quod sepius permuteare debemus.

37 Hyosciamus cum frigidissimus esse existimetur quomodo inebrict , cum opus hoc sit caloris præcipue cum referat Adrianus Iunius expertum esse à quodam sibi amico , quod zycho mistum , non in insaniam sed in furorem vertit. At hoc minimè mirum est nobis , qui affirmamus Merouium atque papaver tum Cicutam & Apolinarem esse calidas velut & Mandragora & egregie : quod etiam videtur Auetroës sensisse.

GG 2 38 Cur

628 Problematum Naturalium,

38 Cur pueri aliqui cum annibus verantes contabescunt adē etiam ut pereant? Alij cum felicibus aut misericordiis eandem subeunt fortunam? certè facilius. In infantibus ob teneritatem spiritus ex pulmone prodiens illos afficit aspectus etiam toruus terret illos vnde ex frequenti timore, atque tristitia in malum habitum transeunt & per se moriuntur. Qui vero cum felicibus aut infelicibus versantur multis modis eidem fortuna assimilantur: moribus, iudicio, commodis atque incommodis: viuendique ratione? Atque consuetudine.

39 Cur fucus arbor cum amara sit, & aspera fructus edit dulcissimos? An quod attracto dulci humore, à fructu, reliquum tanto inacumen magis relinquatur. Ob id contra rutam sicuti prope adnatam melius nutriti, quod amaritudinis pars ad fumum transeat. Hæc satis certa sunt, sed quod fucus fulmine non tangatur perinde ac laurus idem affirmat. Sed eadem causa est virtusque.

40 Cur sal secundos faciat? Certè plantas plerasque occidit: dissecat enim & vitimis, & dubium primum est an verum sit? Affirmat Plutarchus id contingere quod salaces efficiat. Et ob id calu plures generant, quanquam concubita sequens prohibeat potius generationem quam adiuvet, cum tamen occasio facilis se offerat in pluribus congressibus quam in paucis possumus dicere solem non falso conferre ad generationem, vel quod sal à putredine praeservat & secum oleum admistum habeat, ideo iuuet ad salutem & generationem. Sed & quod pituitam extenuet quæ maxime officit generationi maximè in foeminae.

41 Cur aqua ex puto hausta, inde in vas conclusum rursus prope fandum demissa frigidior evadat? Et cur plumbi lamina in aquam posita eam etiam frigidorem reddat? Dico experimentum illud male relatum in Plutarchi sententiam: aqua enim è puto extracta & rursus in vase conclusa ac demissa, quoniam rarefacta, refrigeratur vehementer: & etiam à vase, quod ut densius refrigeratur ex longa morta & refrigeratum refrigerat, quæ causa est ut etiam à plumbi lamina magis frigescat. Sed si vas etiam non in aquam demittatur (ut legatur ut aquam loco ut terram) suspensum tum ex vase tum ex aëris motu magis refrigeratur, quam si plenum sub aqua lateat. Animaduertendum quod etiam circa maiorem continentis frigiditatem, qualecumque sit quod circumdat, dum sub aqua manet, frigidius evadit ut lapis metallum ac talia. Aë enim intus densatur & sensu frigidius evadit: quoniam in forma & materia pluri, maior vis qualitatis inesse videtur, calor autem & frigus tam à motu quam à quiete sed diversa ratione augentur.

42 Cur è fico arbore caro suspensa faciliter coquitur? An quod in aëre libero exposita, frequentius autem ab illa ob robur & humilitatem suspensi potest? An quoniam ex ea vapor acris ac calidus prodeat;

An quod occasione ventorum id acciderit nam austri emollient carnes ad putredinem etiam deducentes: Boreas dum astrinxit efficit magis coctiles. Affirmant etiam easdem melius coqui si in aceruo frumenti sepellantur.

43 Cur semen quod in cornua bouum decidit aut infrugiferum est ac sterile, aut male prodit? An ob frigiditatem illius? frigidum autem inimicum generationi. An ob humidum pingue, oleum scilicet quod continet cornu, ut tam generaliter quam propriè officiat generationis. An quod iactum sic, quasi negligatur. Aut si modo verum est terra ibidem affecta inepta generationi redditia est.

44 Cur spes & timor cum sint minus certa quam lætitia & tristitia, magis tamen immutant hominem? An quoniam Spes & timor sint cum motu magno; lætitia cum & tristitia lentiore: motus autem magnus plurimum potest: adē ut videamus aërem cum fulgure deductum, repente occidere hominem & celerius quam lapidem magni ponderis leniter cadentem. Et similiter cadentes ab alto celeriter mori & antequam allidantur solo. An quoniam metus & Spes sint de eo omni quod esse potest, at hoc infinitum est: cum lætitia & tristitia sint certa & de cognitis. Et quantacunque sint, longè minorata, infinito illo, quod imaginari licet, sunt. Aut quoniam in lætitia & tristitia animus percellitur cum corporis plerumque dolore, at in metu & spe solus animus: affectus ergo diuisus tanto minor est integro, quanto in plura diuiditur: igitur plus spes ac timor afficiunt hominem quam lætitia & tristitia, velut uno, magno vulnere ictus, sepius ac celerius moritur, quam qui plures plagas accepit tanto minores quanto sunt numero plures.

45 Cur timor magis soluit tristitiam quam ipsa lætitia cum illa sint eiusdem generis hæc contraria. An quoniam timor fit ut dixi cum magno motu, tristitia cum exiguo vel quoniam sit timor eiusdem generis, lætitia diuersi. Oportet autem Alexipharmacum esse eiusdem generis cum abdenterio. An quod non semper, sed cum timor est de maxima re: nam & lætitia magna solvit tristitiam. An quod timor non solum soluit animum sed valde etiam ut dictum est corpus matat lætitia autem minus: ut antea dictum est.

46 Cur cum dicat Hippocrates mutationes magnas & repentinæ esse periculosas & vitandas, tamen cum Philomelas capimus iam adultas, si conemur paulatim cautæ assuferare, moriuntur aut saltē muræ euadunt; si concludamus loco obscuro proorsus per aliquot dies, cibum admoventes cum exiguo lumini, inde paulatim admittentes lumen, viuunt & canore euadunt. Idem in pueris alio translatis, minus patiuntur si repente in carcere trudantur, inde remittatur castodia? Et hoc idem in viris, modò non sint in supplicij periculo. An quod in natura, quæ sine cognitione, solum mutationis magnitudo attenditur; in animalibus cum

cum mutatio in priuationem peruererit, cessaſ sensus, ex quo molestia accidere ſollet. Ided poſtmodum refeſti, aliquanti ſpe melius ſe habent. An quod qui ſtati in tenebras conducuntur, poſtmodum remiſſa caſtodia in melius mutationem recipiunt; qui autem ſenſim in deterius: vt ergo ex magno morbo conuaileſcens; ſecundior vi- detur ſibi, quam ex leui, per multos dies in deterius labens, ita etiam de externis malis, inter quas carcer adnumeratur. An quod in principio detrulſus in obſcurum carcerem, tenebris obrutus dormire co- gitur: tum ob illarum obſcuritatem, tum quia priuatus operationibus folitis; ac al- ter cum potiatur luce cogitat quænam bona amiferis & ita magis affligitur. An quod facta per tenebras mutatione in corpore, non adeo animus ſentire potest ſicut nec æger animi moleſtias vt ſanus, vel quo- niam cum ad priuationem peruererit mi- nus animus ſentire potest: antea verò ſe ſenſim traducetur ſenſum retinens, do- lorem etiam percipit? At in voluntariis able- gamus ſponte dilectos, vt expectatione plus gaudeamus, neque enim motus ſolum effectum augere potest ſed illius ſpes tanto ſuauior poſſeffione, quanto minores motu maiora, quieta major euadit, ita expectatio partis totius poſſeffione maior videri ac fieri potest.

47 Cur panis additus iuri in lance quod vas repleat, minus cum iplo iure attollitur quam ante? Dixerunt quidam quoniam imbibitur, hoc ſolum non docet quomodo imbibatur: nam corpus, corpus penetrare non potest. Alij dixerunt quia aëris extru- ditur loco iuris: ſed ius antea pani & aëri æqualem locum occupabat, igitur ius ma- jorem locum occupat quam aëris, quare ad- ditum pani maius occupabit ſpatium quam prius; quippe panis iuri accreſcit. An quod dicunt, ius denſetur à panis frigore? Sed quod dictum eſt de iure calido idem accidit de aqua frigida. An quod aëris separat & at- tollit panis partes: & idē plus eſt de aëre quam fit ius illud: excluſo aëre ſubſident panis partes, & ob id coaſto iure à pane, aëre autem plurimo excluſo ſubſidentibus partibus panis, minor locus ſufficit. Exem- plo docebo rem: ſint panis partes duæ: extenſus ab aëre capiat aëris lanx partes xij. impositis ex iure partibus x. concidant par- tes panis ut non capiat niſi x. cogatur ut vna panis erunt panis & iuriſ parts ſimil xj. & ita deerit pars vna ad replendum lan- cem, & tanto magis quanto à calore ſeu fri- gore exhalatur?

48 Cur pestis certis temporibus recur- rat? An quod multiplicantur homines, vnde fames ſubſequuntur & ex ea pestis ut in libro de cibis bovi ac malisucci, vel quoniam in longo tempore consentaneum fit recur- rere eclipses diuerſaque aſtrorum conſtitu- tiones prauas, à quibus pestis procreatur. An quoniam in multo tempore bella proue- niant quibus plerumque ob hominum incō- modia & clades quæ aërem corrumpt, pe- ſtis evenit. An quod non vbiq[ue], ſed tantum modo vbi aëris malus per ſe eſt, referunt enim

apud Indos nunquam contingere peſtem quamvis ſit gens populosiſſima. An quod in longo tempore humores noſtri ſenſim cor- rumpantur vnde peſtis progignitur, vel quod à ventis procedat qui vapores alienos deſerant ad nos, peregrini autem vapores, vt qui multum à naſta noſtra diſſeſcant, peſtem progignere ſolent.

49 Cur percuſia magis laeditur quam quæ percutiunt: vnde non ſolum quod of- fenderimus ſed etiam magis veniam petere ſolemus: cum eodem impetu illud feratur, hoc excipiat: idemque aëris & quantitate vrgeat. An quod moſus cum varietatem



Figura à de- monjratione aliena.

affeat non adeo laeditur velut ſi A, B, per- cutiat D, E, per totam partem C, erit illa æqualis acuſimi A, B, ideoque longè mi- nor A, B: A, B, autem percutit ſeipſa, ergo tantum excipit iſcus A, B, quantum C, ſolum; ſed C, eſt longè minus A, B, ergo muſto plus affligit aëris laeditur. An quod aëris feratur contra D, E, & ſecundum A, B: quod autem fertur contra laedit & valde quod ſecundum nihil: quod etiam experimur in brachiis: igitur multo magis laeditur percuſum quam percutiens. Imò percu- tiens proſuſ non laeditur ex proprio impetu ſed ſolum ut repercutitur. Eā de cauſa ca- dentes in lanam vel goſſyptium nil offendun- tur, ob mollitiem & in aquam currentem minus quam quietam. Quieta enim plus laedit quam mobilis: vnde etiam percuſia aquæ ſuperficie franguntur enſes. Et iacti lapides ſuper aquam etiam quod angu- lum modo acutum efficiant reſiliunt: & ſa- pe in alteram fluminis partem. An quod id quod percutit acutius cum fit, penetret & ob id minus laeditur, que- enim cedunt non laudent: at quod iſciui ſubiicitur ſi non cedat frangitur: ſi ce- dat, cum in ſeipſum, pluſiuſ laedi ne- cesse eſt.

50 Cur mors horribilis, cum ſomnus profundus ſit incundiffimus? An quia in ſomno aliiquid ſentiamus & dum dormi- mus volunt Philoſophi ac medici & dum la- bimur in ipſum, remittentes labores in morte nihil ſentimus & mors ipsa eſt cum dolore aut creditur; vel quia ex ſomno ſperamus redituros & meliores, & ſcimus nos interim ſuperēſſe à morte naturaliter vnum nunquam aliud dubium. An quod naturaliter tantum timorem nobis na- tura ingenerit: quoniam ſi non eſſet adeo immensus terror mortis non iam con- ſtaret humanum genus: tot ſe occide- rent ſe & ſuos & inimicos. An quia mor- bi doceant qualis debeat eſſe mors, nulla autem via ad ſomnum eſt niſi cum volu- ptate. Vnde nata queſtio an qui dormien- do ad mortem fertur doleat an voluptate afficiatur. An quoniam vigilia & mors extre-

ma sint & ideo non cum dolore & mala somnus autem velut virtus bona quod in medio constituta sit?

51 Cur Cœlum cum sit tenuius aëre in tanta velocitate non diuiditur, & in sydera cogitur: aër diuiditur ex quovis motu nec cogitur? Difficile est sanè ignorantibus rem de ea causas reddere: facilius accusare alios velut Aristoteles: sed neque bene forsitan, multa enim aliter se habent omnino quam credantur. Ergo cur Cœlum non diuidatur licet circumvolvatur incredibili celeritate: (Si quidem de eo solum loquor quod fide Mathematica constat) MMMD. miliaribus in singulis pulsuum reditibus fixæ diurno motu produuntur ut neque humana cogitatio id concipere possit: neque enim fulgor aut ignea machina velut adeò celeriter ferri potest, ut huius & alterius propositorum tantum causa assignari possit, & sat tis certe ac constans quæ est: quod ut diuallatur necesse est ut partes aliud velint, quæ enim idem volunt coniunctæ manent, quod in nobis ipsis perspicuum est, & experimur, cum ergo vis illa Dei & ut Virgilius ait:

Deum namque ire per omnes
Terraque, tractusque mari Cœlumque
profundus.

Quanto magis in Cœlo: ideo nil mirum non discindi quod individua mente totum corpus feratur quasi totum esset punctum, & incredibili celeritate, quod ipsum id sit quod velit & mens quæ in illo est. Difficilis est de stella quomodo adeò densari possit ut tam ingens lumen reddere possit: seu ut concipiat velut in lactea via, seu reddat, ut à speculo: aut vtroque modo ut de luna antea dictum est. Hic alia consurgit dubitatio nam si reddunt vel simul reddunt & concipiunt, erunt pluriformes velut & luna: si radios ex concepta intus luce emitunt cur non efficiunt umbram? Cur non lumen videtur ex obscurio in fenestras ingrediens? verisimile est substantiam esse non tam densitatem quam propria natura talem, neq; enim constat quod plurimi credunt astra esse rotunda, nam ob distantiam sine quadrata seu Pyramidis forma, seu alterius, certa est causa cur rotunda videri debeant. Aristoteles existimat cœlum esse propriæ astrorum astrorum, cuius conjecturam facio, quod in nullo cœlo plus uno est, nisi in eo quod innumerabilia continet. Sed cum seu concentrici sint orbis seu excentrici, necesse sit plures esse, astrum autem unum, alio modo necessitas illa quam vulgari intelligenda est. Velut & illud quod ob generationem solum huius Mundi inferioris, quod ob id ostendit sensus: quod solum fallum: quod principaliter non verisimile. Sed multum à verisimili & sèpè, verum differt.

52 Cur domus potius nocte quam die ruant? An quod ruituris die ocurrant homines nam plerumque aliqua signa edunt. At motu nequeunt, non loquor nonc de strepitu qui communiter exauditur: tum enim vix ob breuitatem temporis auxiliari licet. An quod nox cum humida magis dis-

solvat calcem & cementum à quo detinebatur, vel quia frigidior cum sit nox cogat exhalationes terræ fieri vehementiores à quibus euertuntur fundamenta: An quod in die animaduerso pondere velut niuis tempore, illud minuamus. An quia venti & terræ motus à quibus domus subruuntur, magis in nocte quam in die sunt? An quod domus cadant frequentius hyeme quam æstate, noctes autem in hyeme diebus sunt longiores?


53 Cur sub Äquinotij circulo habitatio temperata? Et non solum ibi sed ut refert Petrus Martir de Angeria Mediolanensis tanta aëris moderatio ut noctu sub Dio dormientes non ægrotent nec lardantur neque Hispani tam procul venientes: & non solum sub Äquinotij circulo sed prope viij. ac viij. partibus & tamen ibi abundant aurum & Margaritæ quæ sunt indicia vigoris Solis: quamquam margaritæ etiam in Scotia quæ est valde borealis inueniantur ut ego vidi? Hæc quæstio iam diu sed tanquam dubia à conciliatore tractata est. Et ex auditu collimanit. Antea vero à Principe. Redundant rationes quasdam ut pote noctum perpetuam cum diebus æqualitatem. Sed tamen sub cancri circulo & ante etiam magis noctes non sunt valde breues, & tamen ibi habitant Äthiopes qui sunt nigerrimi & Numinidæ. Propterea habitantes ibi sunt coloris ut vocant oleæ: id est, flavi obscuri. Alij dicunt quod ob frequentem temporum mutationem cum habeant singulis annis duas æstates, toridemque hyemes & ver ac Autumnum duplicem. Sed ut dixi hæc ratio militat contra Problema: nam in maxima hyeme non plus potest distare Sol par xxij. Sed in eo tempore quod est sub æstiuo solstitio in Gallia, id est, luteria Sol magis procul abest scilicet par xxiv. Et tamen ardent & nobis per totum Iulium Sol plus abest quam Indis illis & nos tamen vrimur intolerandis ardoribus: Ergo hæc non potest esse ratio, & maxime cum post illud punctum perpetuo magis ac magis accedat & à nobis recedat. Tertia est propter affluas pluvias quæ accidunt in æstate, ut de insula B. Thomæ Lusitanorum. Sed hoc primum est speciale illi loco & etiam insula illa est maximè imtemperata ut vix quicquam diu ibi inquilinus vivere possit. An propter ventos qui perpetuo spirant ideo aërem temperant? Sed ut dixi insula illa non eiusmodi est, cum maximè ibi vigeant venti. An quod super montes ibi sit vix alta ut refert ille idem & in Africa Ioannes Leo, adeò ut habitantes etiam in medio montium ibi gelu corripiantur nedum in cacumine. Ideo oportet primum hoc quam ipsum problema diligenter explicare: scilicet cur in cacuminibus montium velut Athlantis in Africa & in India, Peru regione vraba sint nubes? Ob id dico alios ante nos non potuisse explicare talia quoniam veris carueré principiis tum ex ratione tum experientia etiam ob historiam vnius Itali Genuensis & postmodum Regum Hispaniarum, ac pluriū inclitorum vitorum laboribus ac periculis & patientia tum Herculea, illius prouinciae

uincia comitis: quæ brevibus confido me abseluturū; secus non hæc pauca addidissem alieno fine à proposito qui est ut essem breuissimus. Dico ergo quod omnis caloris vis est à terra tum ob densitatem tum siccitatem tum quietem: nam aqua aut mouetur aut putreficit: Montes ergo cū ex lapidibus sint non possunt ob duritatem profundè incalescere & maximè cum sint à terra eleuati, vbi aëris ventis perflatus & etiam motus assidue ab Oriente in Occidentem non sinunt illos incalescere: quare frigiditate lapidum & umbra partium cacumina euadunt frigidissima: & ob id quod illis proximum est & nubes frigidissimæ: ideo ibi fermè perpetuò nubilo tempore, pruina sereno, glacies vitroque. Ergo refrigerata illa parte per ventos aëris refrigeratur. Secunda est quod cum tempore æstatis Sol sit in signis Äquinoctialiibus & ibi moueatur xxiv. primis seu portionibus unius partis in latitudine singulis diebus, parum imprimis calorem suum, magis vero sub solstitiis (vnde nomen solstitia sunt:) igitur æstas non erit multum calida sed longè minus quam sub solstitiis. Ad idem facit motus secundum longitudinem celerissimus ob circuli magnitudinem. Quarta est mutatio quæ parua est cum enim hysms sit ob causas dictas fermè æque calida & sepe calidior quam æstas motus autem est mutatio & dissimilitudo sit causa sensus propter has omnes causas qui sub æquinoctiali prope altos montes & aquas præcipue fluentes velociter, habitant experiuntur regionē temperatam. Ad quod facit noctium longitudu persequerans. Si tamen ab aquis & montibus habent multis modis ab his commodis delituuntur ventis primo frigidis soli frigore ninium & aquarum propinquitas: Et ideo non temperatam sed torridam experiuntur habitationem licet sub Äquinoctiali degint.

54. Cur in Nortico mari perpetuus fluxus ab Oriente in Occidentem, atque adeò concitatus, ut naues velocissimè eant, redire remis ac velis adiutæ vix possint? In eo quam parum crescant aquæ, vt vix duobus palmis? In Sur autem crescat & decrescat maximo cum fragore, & in magna altitudinem, non tamen currat aut ad occidentem feratur? cum potius contraria modo accidere deberet: nam Northicum mare, id est, Boreale est conterminum nostro Oceano, qui perpetuò fluit & refluit, ut licet in Galliis, Britanniisque, ac Hispaniis, & orâ Africæ videre, ideo Northico, magis conuenire deberet æstus ille quotidianus, cursus autem ad Occidentem Australi, seu Surio: velut quod à Northico sive ac nostro dispescitur terra Peru, & noua Hispania, & Isthmo illo angusto, ac longo quodd duas has partes interiacet vbi Vraba sita est. Iam primum quæ occurunt facillima ostendamus: non mitum est Northicum non crescere neque pati æstum aut quam minimum si perpetuò fluit, neque Australiem non fluere si æstum patitur: Et maximum edere strepiterum si multum excrecat & inter frequentes insulas. Porro decursum Borealis incipere prope Meridiem & Äquinoctia-

lem superato Cancri circulo circa ix. partes & quanta magis Occidenti & Äquinoctio magis appropinquat eo ferri celerius ac concitatus, hoc enim ex historia acceptum est.


Igitur euntibus ex Hispaniis ad Fortunatas insulas ex illis ad mare herbidum Occidentem & Meridiem versus ac tendentibus, ultra hinc à dextrâ Peru, à sinistrâ alis Indis, usque ad fretum Magellanicum Aque discurrent quoniam exitum habent; Antartici autem pars inferior est. At in Mari Australi cum noī possint aquæ ascendere, fit æstus iuxta motum astrorum diurnum, quod enim liberum est vigerius fertur, quod habet obstaculum necessarium resilit. Ad hoc faciunt flumina quæ è Septentrione in meridiem ferruntur, vnde arena illinc deducta atque congesta, terra ibi sit altior & ob id aquæ illuc perpetuò cursu feruntur. Quanquam non tam ex Oriente deferantur hac ratione in Occidentem, sed ex Septentrione in Meridiem potius. Et etiam quoniam ut dixi motus hic ortum habeat ultra Cancri Tropicum potius quam in Boreali Oceano. Restat igitur solum ut doceamus cur altior sit pars Orientalis ultra illam regionem Occidentali? Et dicimus causam esse velocitatem ac similitudinem motus diurni coeli & aëris cum illo, & spatium patens in mare illo non abundanti insulis: velocissimè enim propè Äquinoctij circulum astra mouentur & aëris ob coeli magnitudinem: ut his motus sit compositus ex libero & impedito. Sit gratia



exempli ergo A, B, C, Oriens & D, E, F, Occidens; & Äquinoctij circulus għik, mouebuntur ergo aquæ bifariāt ex A, B, C, in D, E, tum quia sequuntur motum astrorum tum quia libere. Ex D, E, vero in f, non, sed per æstum: tum quia E, est locus impeditus insulis: tum quia F, locus est altior e, cogitur tamen moueri ob impulsū a, b, c, ideo mouebitur vicissim, & ita efficiet æstum quod etiam accidit ingrediēt Oceano ad fauces ferri Herculei cum æstum moueat in littore Africæ quod ab Oriente & Septemtrione aquæ ex mari Pótico & palude Meotica descendat congeta arenarum multitudine per flumina quæ in vtrumque descendunt, vbi ergo motus aquarum contingit ibi æstus. Ergo in Borealem Oceanum influit inter ceteros Maragnos cuius latitudinem oītorum referunt incredibilem scilicet lxxij. M. Passum, est enim si vera narrant non solum omnium fluminum maximus sed longè maximus. An forsitan quoniam hic fluxus iuxta terram fiat non in medio nam & si fiat minor ac lenior sit, cum enim littus hinc illine insulæ sunt, aquam

632 Problematum Naturalium,

qua^e in medio est necesse est velociter ferri instar fluminum : ea enim causa aqua^e fluviorum velociter feruntur quod ripa sunt altiores. Indicio est quod qui fluui^e ripa habent altiores velociter feruntur. Haec igitur causa sunt aestuum & fluxuum nempe quodam demonstrativa ut coartatio & humilitas incrementi fluxus, aestus autem obex ut fluxus liber iter, nec ista sibi inuicem repugnant. Pro pleniore vero praecedentium



cognitione scire debes quod posito A, K, B, L, hemispherio superiore & cognito Ptolomaeo, & à polo boreali erit pars A, L, B, à dextra Orientalis : & A, K, B, Occidentalib[us] seu sinistra, id est. Quoniam astra & Sol ac Luna unaquaque die feruntur ab L, versus K, pro alio autem hemispherio cum Sol & Luna & Stellæ erunt in A, K, B, erunt in Oriente & tendunt ad A, L, B, subiecti ubi Peru & noua Hispania & Baccalaos & Florida ad Occidentem & tunc similiter tendunt à dextra in sinistrum. Quia oporteret describere A, K, B, in dextra & A, L, B, in sinistra : sed rudes describunt A, K, B, etiam in alio hemispherio in eodem loco quia putant esse eandem rationem. Et tunc cum Sol semper feratur ex Oriente in Occidentem tunc pones ac si astra ferantur ex A, K, B, in A, L, B : nam astra semper feruntur ex Oriente in Occidentem. Et ideo melius esset dicere, secundum motum & contra, id est, in superiore pars secundum motum à dextra in sinistrum: in inferiore & novo orbe ex sinistra ad dextram : nam sic verè nobis aspicientibus Boream Sol Luna & astra mouentur. Et ita constituit in Ptolomaeo qui tabulas exarauit : Primum enim hemispherium & est noui orbis habet oriens à sinistra, secundum quod est nostrum, à dextra. Ergo singitur in ea descriptione linea A, K, B, qua est Occidentis transisse ad latus idem, id est sinistrum & facta Orientalis antipodibus, ideo A, L, B, erit Occidens & quasi astra ferantur redeundo. At vero qui describunt totum orbem quasi sub una facie, & aperta Sphæra quasi continentur duo hemispheria velut in charta nauigandi coguntur facere lineam A, K, B, ut extremi Occidentis à leua nostri hemispherij, ita Orientalis initium alterius. Et his modis est longè clarior & minus confusus priore. Et describitur tabula illa cum xvij. ventis & rectis lineis in circulum tendentibus & loco medio quasi centro. Ergo dicemus iuxta hanc rationem Mexicanum urbem metropolim nouę Hispanię esse magis Borealem & Occidentalem non solum Peru sed etiam Occidentaliorē Hispaniis. Et ita insulae

capitis viridis australiores & Occidentales, id est, secundum motum ut dixi Solis diurnum ante positas : nam iuxta illas procedendo secundum cursum Solis leuis ccclxx. Et sunt partes circiter xxij. peruenient ad Maragnonum fluvium & ex eo procedendo clxxx. partibus iuxta Solis motum adjudicatum est Hispanis ut eorum imperio tota noua Hispania & Mexicum & maior pars Peru cesserit clxxx. autem partibus contra Solis motum, id est, Orientem versus, Lusitaniae, sub quibus caput S. Augustini Africæ Fretum Magellianum Moluccas & tota India Orientalis cum parte Peru qua ad Orientem spectat, & ex aduerso Indiæ pars antiquis incognita cum mari northici & latere ad Orientem & Meridiem spectante peruenient velut Australis Hispanis. Ergo Mare quod ab ore Draconis seu Paria extenditur ad Maragnonum & est ultra Aequinoctij circulum per partes vii. ad Austrum illud est (& quanto magis processeris austrum & Occidentem versus) quod tanto impetu fertur ad Occidentem, & de quo problema institutum est.

55 Cur est quod cum omnibus ligna frangantur & magis iteratis ictibus, Carpi nodi fiunt duriores adeò ut Romæ in Sphaerulas admodum rotundas leues ac graues formentur. Tunduntur autem lapides mallei pondere duarum ac trium librarum ac per multos dies. Est autem carpinus nota arbor vocata carpanum, non magna & vltimi foliis sed minoribus, ligno albo solido ac maximè tenaci. Sed quod sit adeo, ut vix vllum metallum inueniretur quod scissuras non conciperet. Quærendum igitur cur hoc & maximè pars illa? An forsan imbuta aliqua liquore? vel quod tenacissima & natura ad rotunditatem tendat ut careat filis rebus? An quia dum tunditur, incalescat ac densetur. Satis constat quod cum illis ad ludos utrantur per multos menses non frangi, obliqua enim fila illa inuicem in se recurrentia densantur & in forma circuli euadunt. Quo circa nodi ad hoc sunt aptiores recundi enim quasi sunt & à tota plancta secreti ut ob duritatem & tenacitatem ictus sustineant: & in Sphaeram formentur. An quod rotundum cauo & à malleo & à lapide subtilis posito magna parte ictum excipiente non frangatur, ut videmus in Sphaerulis paruis admodum vitreis vi tota viri in terram incussis ut resiliant quæ non franguntur ob rotunditatem & quoniam Sphaerula quanto minor tanto maiore parte planum tangit?

56 Cur puluis pyrius flamma non accenditur sed pruna tantum? Nullum terrae flamma statim accenditur neque etiam palea nisi scintillæ ascendant aliquæ: incalescit tamen à supposita flamma palea ut & ligna & sic paulatim concipiunt fomentum ignis, duobus ergo modis res accenduntur vel à terreo ignito ut putreis lignis & fune accensa, scintilis ascendentibus aut è lapide excussis, quoniam forma ignis est in materia terrea & ideo densa, altero paulatim calefacto terreo à pura flamma supposita, quia superioris non calefacit ut experimentum

tum manus suppositæ factæ aut candelæ magnæ (quam torciam vocamus) docet: à latere autem mediocriter calefacit: ideo cum difficile sit calefacere puluerem pyrium hoc modo quia flammam oportet esse superiorem & idè puluerem esse coactum & superpositum quasi cribro: & maximè hanc caliditatem impedit motus ipsius flammæ perpetuus ideo nec isto secundo modo potest ardere quare neutro. Quia tamen multipliciter potest accidere error in hoc, vel quod terreum aliquid sit valde calefactum & tangat puluerem illum qui tam facile ardet, vel quia in motu (cum omnis flamma habeat sedem in terreo) tangatur puluis à lychnio, vel à ligno, & tunc concipit ignem statim & homines putant quod àflammam accensum fr puluis: vel quod scintilla aliqua excidat ex lychnio aut ligno quod ferme semper accidit, aut (quod solum omnes latet fere) vt puluis antea sit supercalefactus, & cum si accendatur tantam violentiam afferat, & si non noceat propter paucitatem, nihil tamen utilitatis præstet, ideo periculosum est hoc experimentum vt sufficiat cognouisse rem velut Mathematicam quamvis sit naturalis.

57 Cur aliquando multitudo imbrium ex aëre cadit? An quod post longam serenitatem congesto multo vapore, repente in aquam conuersus, ob humidam naturam (est enim exhalatio aliquando & tum aquæ à calido attracta) à frigore regionis de quo alia, aut à ventis maximè contrariis, gravitate decidat. Aut quoniam post pluvia denuo attrahatur à terra superficie vt in insula B. Thomæ quæ est sub æquinoctij circulo per tres quandoque menses, seu quod à terra madida seu à mari trahatur versus & quotidiani decidunt imbræ. Duo ergo sunt magnarum & diurnarum pluviarum genera diuersa quorum causæ proxima nota sunt: at secundi generis quæritur solum quod desiderari potest cur pluia (sie exhauietur è terra madida vapor & cogitur, non semper sunt rediuia & perpetua? An si intercidat nimirum frigus vt vapores non trahi possint: an si nimirum aër densus sit vt etiam in hyeme? An quia nimis tenuis & calor vehemens vt sursum trahatur altius donec congestus vt dixi in prima causa, post simul tempore longiore intermedio desideratur? An quod à ventis vapor alio delatus longam relinquit serenitatem in ea regione? Ceterè in unum ex his quorum aliquid adesse semper necesse est, diuiditur tantus aëris quovis tempore.

58 Cur à magnis & diurnis pluviis pestilentia & nouæ aues persæpe incidunt? An quod ex multitudine aquarum vt Hippocrates censet & putredo, ex putredine morbi: Et generationes reptilium quæ sunt alimenta generum quorundam avium? An quod aquæ ventis ex aliis regionibus delatae vaporem etiam regioni respondentem referunt: vt ex mutatione aëris corpora ægrotant ita ex hac generali mutatione, atque ideo morbi à regione in regionem migrare creduntur quod his L. annis (id est, ab anno MDXXIV. ad hunc MDLXXIV.) Præte-

ritis saepe observatum est. Aues verò etiam à ventis deducuntur & rapiuntur vt multa alia, aut quod licet squalore gaudeant, id est, communes quæ grauis veluntur quæ tamen sorditè, pluuiis. At eodem modo pisces in aquis nascuntur serpentes noui, ac multa alia unde si sublimibus ventis succedant magni imbræ qua parte veniunt considerandum, non solum enim malus aëris à Sardinia vel ex paludibus Rauennæ pestilens Italia erit sed ex Africa illi salubris Italæ perniciosus erit, ac multa talia.


59 Cur in causis ordinatis per tempora diuersa detur processus in infinitum velut Theophrastus, ab Aristotele; Aristoteles, à Platone; Plato à Socrate; Socrates ab Anaxagora genitus. Et ita non solum admittitur sed admitti necessarium est apud naturales, (supposita vt apud Peripateticos Mundi perpetuitate.) In specie tamen differentibus non admittit eam, cum tamen detur circulus homo enim ex carne & cæro ex elementis & elementa ex putredine & putredo ex pomis, & poma ex corrupto homine alio genita sunt? Et hoc vt ostendat materiam primam: ergo queruntur in hoc problemate: primum cur hoc infinitum non admittitur tamquam ex diuersis in propriis seu vt vocant falso (singularibus) & impro priè admittatur? Secundum quomodo ostendat materiam primam ex hoc cum non constet non posse circulo procedi non posse in infinitum (Et ad hæc duo dicimus facilem esse responsonem.) Quia dicet Peripateticus non posse procedi diuersa species quia illæ non possunt esse tum quia essent simul infinita cum essent perpetuæ singulæ causæ, at primæ substantiæ perpetuo intereunt: secundo quia essent diuersæ species ac his solum diuersæ numero at hoc est facilius vt in arena maris, in numeris & in quibuslibet fortuitis ob imperfectionem: nam species sunt æternæ & perfectæ: tertio quod non essent causæ quia in ordinatis secundum naturam omnis causa est causa in ordine ad primam, sicut & producta in ordine ad ultimum productum: ergo subtractis prima causa & ultimo producto desinent omnes causæ, causæ esse & omnia producta producta esse. Tertium ergo est quomodo si omnia circulo fiant, sequatur materiam primam esse? Et dico quod Aristoteles ostendit id in materia tamquam occultissima: Et incipit à manifestissimis, id est, forma quæ solum facit ad scientiam unde Mathematicis nullam aliam causam habemus. Et in ea querimus elementa & sunt definitiones quoniam ex illis Mathematica præcepta constant velut ex recta & triangulo, si descendat ab angulo ad basim: vel diuidendo per æqualia angulum per æqualia: & sic proportio partis partium basis vt laterum: vel ad perpendicularum & tunc illa potest super duplum areæ trianguli: vel nullo istorum modorum & ita nullum. Principia autem sunt communes animaliis disciplinis: sed causæ sunt quas vocamus petitiones veluti quoniam non possunt duæ lineaæ rectæ concludere superficiem, ob id trianguli

trianguli quorum anguli sunt æquales æquilibus lateribus contenti, sunt invicem æquales. In his ergo si non daretur status non essent scientia: Et naturalibus, in agentibus est manifestius necesse fore ut ad pri-
mum deueniamus: idem in finibus ergo ea-
dem ratione in materia; non esset enim cau-
sa si non prima: sed est, igitur prima. At
si prima non ob id sequitur quodd Hyle. An-
tiqui enim ob id alij aquam alij elementa
flatuerunt. Ideo ad hoc ostendendum Ari-
stoteles indiguit aliis rationibus videntur
elementa esse subiecta, & omnium in reso-
lutione materia. Sed hæc reposunt aliam
disputationem. Redeundo ad institutum:
cum sint in scientia individua quæ non pos-
sunt diuidi in partes ex quibus actu compo-
nantur, cum diffinitione careant velut sub-
stantia & quantitas: quæ tamen potestate
diuidi possunt velut in corporeū & incorpo-
reū, sensile & insensile, viuens & non viuēs
vt contra individuum potestate: actu quod
diuidi potest vt homo & canis, habent enim
diffinitionem oportet igitur vt in scientia sit
status utrinque: velut & in rebus. Et quo-
niam quædam sunt maximè intellecta, quæ
à materia plurimum absunt: alia minus
intelligenter se habent vt quæ coniuncta sunt
materiæ eo tamen facilius sentiuntur: cum
ergo scientia nostra ortum habeat à sensu,
ideo substantiaz separataz minimè intellectui
nostro sunt manifestæ, quamvis intelligen-
ter magis se habeant ad intellectus diuinos:
vt contra hæc inferiora.

60 Cur ego dum attollo caput semper
lunam video cum tamen magna ex parte sit
sub terra: alias obducta nubibus: plerum-
que à dextra vel à sinistra. An quod sit for-
tuitum? sed nimis tribuemus fortunæ &
ca-
sui: cum in MM M. vicibus quibus conti-
git sustollere caput vix decies ut magnum
dicata numerum acciderit ut ante faciem
eam non viderim? An quod ut inanes illos
obtutus præterierim cum lunâ non vidi nec
aliud quidpiam? Sed ego memini per-
paucis admodum vicibus id accidisse: imò ut
notabile quidpiam obseruavi cum non ap-
paruit: adeò videre confuetum duxi. An
quod cum mihi Taurus ascendat & Luna
plurimum ibi dominaretur tricorni domina
sextili radio aspiciens hoc poruit? Sed mul-
ti Taurus nocte ascendit, & Luna respexit
ascendens, nemini tamen hoc accidere com-
peri. Deinde hoc nimis manifestum foret
argumentum comprobaz dubiæ rei. An
potius quodd cum acie oculi sim acutissimâ
etiam nunc dum LXXIII. annum ago Luna
coram posita lucem insolitam quantumvis
minimam infundit, ut visum moueat (nam
hoc in magnis luminibus accidit motu ut
oculos ad se intuendum rapiant) ideoque
cogar attollere vultum.

61 Cur pluviæ è sereno tempore? &
paucis sparsis nubibus, adeò celeriter maxi-
mè æstate congregentur imbræ: cum tam
longè positz sint? Et si tardè moueantur in
vnum tam cito coire non poterunt? si ve-
lociter, dissipabuntur cum sint adeò, ra-
ræ? An quod cum linea B, C, sit duarum
partium quarum A, B, iij. M. D, ut C, D,

sit minor cxx. igitur nubes non longius vi-
detur: an hoc spatum, cum nubes mouea-



tur ventorum velocitate, minus spacio ho-
ra superat. Quod si dicas ut ante fore ut
dissipentur? Respondemus nos videre quan-
doque illas fieri sagittarum instar nec dissi-
pari: ideo cum transeant in hora dimidio
(ut oculus docet) M P cxx. ut ex ratione
pulsuum; in xviii. Pulsationibus transie-
runt: M P. Et hoc est rationi consentaneum,
cum verò fundamentum quæsti constet sensu, non pertinet ad eum qui quærit
aliud de hoc: sed ad alium disputare. An
quod nubes (ut diximus velut male) per par-
tem post partem aggregentur: atque ita
coœunt. Sed mirum quomodo ex tam pau-
cis adeò ingens obnubilatio oriatur. An po-
tius quod inter nubes plenum sit spatum
(ob vim solis) vaporibus, qui breui in vnum
coœunt & necuntur in nubes: idem tam bre-
ui tam magnæ coguntur nubes in vnum. An
quia omnia hæc in vnum coœunt quod veri-
similius est.

62 Cur fulmen raro occidat in leno
dormientes? Et cur tot admiranda de illius
casu ut prope superstitionem accedant. Af-
firmant colliquari pecunias in crumena sal-
uo corio; putant fausta nonnulla alia infau-
sta. Quibusdam cecidisse magno orbis to-
tius incommodo scimus: sed ista mittamus,
illud nobis quod ab initio dictum est sequam-
ur: cur raro qui in lecto cubant à fulmine
periclitantur. Secundum cur cum tanto im-
peru feratur, ex minimo obice videatur pro-
hiberi? adeò ut in publica via esse tum &
sub arboribus & in furo etiam ac magis pe-
ricalosum sit: videtur enim ferri simûl eum
imbrium aceruo magis. Cur etiam cum adeò
vehemens sit, negat Plinius ultra Quinque
pedes descendere? Demum quare nec lau-
rum inter arbores, nec Aquilam inter aues,
nec vitulum marinum inter animalia quæ
quatuor pedibus graduntur, quod constat
tamen è piscium genere nec hyacinthos in-
ter lapides nec qui illum ferat, quinimo
nec qui imaginem ex eo ceræ impressam at-
tingat. Additur his & Corallius lapis, hæc
omnia ex curiosa veterum obseruatione,
audacia incredibili deponpta, non forsitan
tam vera, quam vulgo credita. At de cæ-
teris filius noster Io. Baptista scriptit & pas-
sim habetur. Quidam de dormentibus re-
ferunt, ad id quod ut dixi non profundius
descendat;

descendat; sed qui in turribus cubant non hoc priuilegio fruuntur. Alij quodd obice leui etiam non tard prohibeatur sed quid discriminis in obice quodd cubet aut sedeat, dormiat aut vigilet? An ergo melius est credere quodd situs plurimum facit ut Plinius affirmat, ut feriat: sedentes & stantes lat. dit, distentos non ita. Et minus dormientes quod exterius sint minus vinceti, plurimum enim facit quod vis illa retineatur. Dormientes etiam non timore percelluntur: at is plerumque eorum qui pereunt mortis causa est. Quodd vero minimo obice arceatur est quoniam ut dixi fertur cum imbrium mole; illam verò quicunque obex prohibere solet. Quominus mirum videri possit quodd altius non descendat, cur autem turbini & procella aquas societur ac denso ut ita dicunt Tigno? eo quod à ventorum concursu factum est: & ut pleraque quae viuunt suis originibus sociantur, ita non mirum est de fulmine quod ob ignem animatum sed falso putant. Illa varò quinque quae negant ab illo peti defumpta sunt ut reor à multitudine, velut querorum, vbi enim nemora illorum, ibi saepe cadunt fulmina quod locis obnoxii oriri solent. At convertuntur imd idem sunt, vbi non cadunt, non feriri, vbi cadunt non oriri eas arbores: rarissimè verò in lauretis fulmina cadunt, ideo conceptum mente est eas arbores non tangi fulmine. Quod vbi accideret statim veteribus via fugæ patet prodigiosu esse & inauspicatum. Si modo aliquid altius residet maius est in causa assignatione tam fortuitorum eventuum ac casuum, quam in ipsa proprietate miraculum.

63 Cur vt ferunt in viis Romanis quas constat tot iam annis fabricatas cum assidue & diuturno attritu lapidum ab equis, à turribus, adhuc manent illi sine litura? Quin etiam aliqui addunt quod nescio an verum sit, est enim omni admiratione maius, non labi equos super illis, cum tamen lauissimi sint. At causa lauissatis sanè durities ipsa est. Neque enim dici potest refertas fuisse vias cum illas facilè sit agnoscere quodd paruis ac non planis sed rotundis atque tumidis constet. Cur verò non labuntur equi cum durissimi & laues lapides: putant causam esse vim quandam Herculei lapidis qui ferrum retineat. Et quoniam naturalis est & occulta vis, statim agit, vnde etiam currentium equorum soleas retinere potest ita dum retinent equi non labuntur & ob duritatem non excavantur. Hæc vt probabilia in incerti problemate adducere licuit, cum partis vnius exemplum quotidie in promptu habeamus.

64 Cur fistulae spiritales quo longiores, eo procul magis feruntur & aliculas occidunt? An quodd longiores plurimo spiritu indigeant, ideoque vehementiore insufflata & validioribus viribus: sed non hoc est munus longitudinis se roboris? An quoniam in nauis impulsu à ventis fiat multiplicatio differentia cum priore vi in primam vim velut si prima vis sit vj. Secunda vj. fiet xxxvj. mobile: fiet ratio xxxvj

| | |
|--|--|
| est autem ratio maior xxxvj. ad xxv. quam vj. ad v. etiam si ventus non increbrescat. Solum | vj. v. xxxvj. vj. v. xxv. <hr/> cxxv. lxxij. |
|--|--|

ergo motus minuit cum aquarum durities quæ prohibet motum fuerit maius proportione multiplicationis?

65 Cur sonus magis mutat hominum animos quam aspectus neque enim ad saltandum inducuntur & lætitiam ex aspectu ut ex sono, imd ad bellum pugnam, commiserationem mortem denique ipsam tono petulantia concitatōque aut remisso? Quin referunt Alexandrum Timotheo modos pulsante exhibuisse è conuicio petuisse arma, contentam fuisse Clitemnestram eodem ut nisi imperfecto musico ab Agisto potuisse deduci in sententiam sed forsitan dubiis exemplis non indigemus in tam charis experimentis. Doricum dum pulsarent modura æreo instrumento tubam scilicet constat trupudiando & saltando contra inimicos iussisse Spartias. Exemplo tam horribili, quæ etiam ridiculo imd admirando. Quin Romanos cornibus præter tubas & clamoribus adeo pertrepuisse ut aues commota ære & sono perturbatae & attonite exciderent, cornua enim adhuc tubis magis strepunt, vnde Virgilius:

Vi belli signum laurenti Turnus ab arce Extulit & rauco strepuerunt cornua cantu.

Strepere est maius quam crepere sonare & huiusmodi. Ergone id accidet quia sonus est in materia, id est, ære species luminis extra materiam non ut in subiecto sed ut in origine? Vel quoniam sonus sit cum motu lumen autem & color transferuntur sine motu, motus autem non solum adauget actionem sed eam mirum in modum multiplicat? An quia sonus debilitet cerebrum & commouet illud cuius indicio est bombus qui remanet à magno sono. Et licet à visibili relinquatur si valde lucidum sit etiam imago luminis, illa tamen manet in oculis, lioni autem bombus ad cerebrum peruenit. Et hoc est quia visio sit in humorc crystalloide extra oculum, auditus autem in neruo auditorio tertij paris qui peruenit ad cerebrum? An quod oculo palpebris obiecta sint quibus oculis confutum est ab immoderantia: auribus autem nil tale. Movuntur autem magis ab eo imbecilli cerebro, ratione illud approbante: quia facilis mouetur & superatur quod est imbecillum quam robustum. Et pueri & mulieres quam viti: & Barbari quam Itali, & stulti quam sapientes, & ebrii quam sobrij. Propterea Turca deuorant suum opium ad prælium eunt & ante assuecant diu ne iedantur. Ut qui Monachiam adepti sunt aut cornibus aut tubis aut opio vñi sunt communis sunt fuerintque cohortationes dum & clamor militum, his solis nec satis concinnè ludxi vñi sunt. Verum Græci atque Barbari tuba vtebantur ut apud Homerum. Et simul in sonu. Et Pallas dangere tubarum & Increpue tuba vel classica cantu ferrea hoc ad Troianos pertinet. Par-

thi sambuciis uteruntur instrumentis acuti soni in bello nunc Afri tympanis partis in equis excavant animos ad pugnam languentes, scripsit Aristoteles morem Troiani belli exemplo ab Hectori deducto. Ergo sonus cum spiritus agat, interuerit consilium & accendit (velut videmus etiam in pueris) certantes ac sanguinis motum ut his præcipue duabus causis proni ferantur in mortem sublato mortis metu & imagine & animo ad vescendum iniurias, habet autem hoc minus consilio, ut hi prudenter pugnentur, illi multos & saepè etiam magnos committunt errores ut plus his pereant

quam lucifaciantur ex audacia utile, & magis timidis quasi verba vice res agatur. Redcundo ad propositum plus posse sonum & magis ad intima penetrare quam lucem ac magis turbare cerebrum indicat quod semper aures pateant ut sono homo possit experiri, nam apertus est illi meatus perpetuus & nullo integumento conclusus & etiam aperte sunt viæ ad cerebrum, sed in oculis palpebrae primum hora somni occluduntur. Et si etiam pateant nihilo serius homo dormiendo nihil aut admodum parum videt, ut eo modo nullatenus possit experiri.



PROBLEMATVM MEDICORVM.

SECTIO SECUNDA.

1 VR à vigilia surgenti & deambulanti vel modicum obrepatis somnus? An quod redeundo imaginem referat cunctis in lectum: tum verò consueuimus paulo post obdormiscere? An quoniam ex refrigeratione contra hatur calor qui esse solet in dormituris? An quia cibus circumvolvatur in ventriculo desinanteque vapores acres? Aut quoniam fæces descendant; ex quarum descensu totum corpus alleviatur? An quod cogitatio permuteatur?

2 Cur ab exiguo vomitu quandoque obdormiscimus? An quia eiecta illa suprema parte cesset aëris euaporatio, vel quoniam compresso ventriculo à puluiniari dum proni decumbimus incalescat ventriculus & dulcis euaporatio ad cerebrum fertur?

3 Cur concutiendo pugnis genua dum sedimus ad exonerandam aluum, deiciamus? Aut etiam si inter eundum crutâ concutiamus vehementer? An quia ex motu illo fæces descendant, inde successu harum illis efficiuntur? vel quoniam ex agitatione vehementi ventris musculi moueantur, & exonerentur comprimento. An quod incalescat corpus frigus autem omne naturæ opus impedit.

4 Cur intestinis descendantibus in scrotum in Enteroccele, ventriculus doleat? An quia præclusa via spiritus feratur ad superiora; vel quoniam involuta & breuiora redditæ magis distendantur, & doleant. Aut quod refrigerata extra locum & spiritu qui intus est dolor exoriatur?

5 Cur in comitali melancholia, & quibusdam alijs morbis, velut nephriti & doloribus dentium tum in impotentia coëundi auxilia physica multum profunt? sed &

nonnumquam in febribus? An quod diuersorum morborum sint diuersæ etiam species Physicorum auxiliorum? An potius quod hic morbi pendeant ex sensibili facultate: vt pote Melancholia & frigiditas ab interiori: dolor renum & dentium ab externa: comitialis ab utraque: auxilia autem communia ad sensum doloris sunt stupor, exstasis, persuasio quæ ex fide in auxilio proficiuntur: proprietas medicamentorum; igitur talia cum sint plura & uno modo profint, ea pluribus ac singulis horum prodesse poterunt. Talia autem Physica à medicis, id est, naturalia, quia non auxilio artis parata appellantur. In febribus autem fortuitum est, cum circuitu certo pleræque finiantur.

6 Cur cum renes non nisi in exteriore tunica sensum, & nervos obtineant tam graues obtinent dolores ex lapillis? An quod non? nam & Hippocrates inquit: In renum dolor grauis non dixit acutus: sed vocant renum tum propter vicinitatem tum quod causa sit in illis, id est, lapillus aut arena vel pilus, aut quod nonnumquam lapillus sit propriæ exteriæ tunicæ, aut vreterum initio, certum est quod is acutissimus dolor potissimum sit in ingressu vesicæ, valde etiam acutus in vreterum transitu.

7 Cur quibusdam lapilli in renum altero qui non dolet, dolor autem ubi non adest lapillus? ut in nuper disseccto cadavere: in quo erant xvij. lapilli in uno rene qui nonnumquam doluit: in alio in quo dolor saepius vexabat nullus. Hoc non vidi: Quæstio autem quia est, præsupponit si est. Quod si ita fuit: quomodo non sensit se grauari? An ex diuertitur elanguit? In alio adfuit motus dum torqueretur.

8 Quomodo si lapillus sit in rene dextro & dolor etiam: videatur tamen ab utroque latere

latere supprimi vrina? An quod dolor prohibeat ab vtroque latere, quoniam materia impediens ad vtrumque locum transmittatur propter propinquitatem initiorum? vel quoniam ex dolore transmittatur materia ad communem locum qui est cauitas renum? Vel quod non semper id accidat, verum cum fuerit alius lapillus qui lateat in reliquo rene, vel quod vrina non transmittatur ob sensum illius?

9 Quomodo aliqui migant lapides magnitudinis nucis cum foramem virgæ nec cicirem admitteret. Et multi etiam cum exiguo dolore vel nullo? Vna videtur posse esse causa, ut ex liquida concreta materia mingantur; vbi aërem senserint concrecant: concrecant enim à calore; à frigore durescant ut inquit Aristoteles secundode generatione animalium cap.4. post medium satis.

10 Cur tot dubia circa ea quæ in rebus, & ex illis accidunt? An quod rennum constructio sit valde mira, adeò vt nunc usque neccum perfecte perspecta sit? inde quod per angustissimos meatus plurimum humoris deferatur? Et quoniam consensus sit varius cum pluribus partibus Emulgentibus vreteribus, vesicâ, virgâ? Et ob acerbitudinem doloris? Et varietatem demum excentium? Tum quoque ob transmutationem vt mox diximus.

11 Cur plures vulnere capitis grati resoluuntur atque à latere aduersi plerumque? An quoniam affecto toro cerebro quæ vulnera accepti etiam præsidii exhibitis expurgatur, in altera transmittitur ad nervos cum caret meatibus; putredinem cum sapiat non potest delegari ad membra consueta palatum nares? An quod materia iam putrida relegata ex vulnera, seu ob nimiam tenuitatem redeat ad locum vel propter crassitatem retenta propellatur in latus sanum? An quia ex parte vulnerata multus profluxerit sanguis: sanguis autem causa morborum? Vel quod exhibita integumenta, & vnguenta alia excalefacientia alia refrigerescientia vtramque partem in contrarium mutent?

12 Cur lapide vel vlcere in vesica laborantes à misericordia non in ea sed in summa parte virgæ virginem sentiunt? An quod ea pars præcipue exquisitissimo sensu prædicta sit? An quia sit eo in loco cauitas quædam quæ humor retineatur, id enim ostendit experimentum. An quia sola illa aëri exposita refrigeretur. Calor autem doloris mitigat vel quod dolor in mutatione consistat: mutatio autem à mora sit sed mediocri: nam minima non imprimat in longa tum ob confusitudinem tum mucorem sensus penè omnis aboletur.

13 Cur quidam mingunt lapide parvus & fragiles cum dolore magno? alij magnos & duros ferme absque dolore? An quod hi vesica geniti per vreteres non transierunt: ad hoc iunas quod leues sint illi vero in rebus orti præsertim asperiores. Vnde liquet hoc minus periculi afferre quam priores licet sint quod ad vitam attinet periculosi.

Tem. II.

14 Cur Trauli facile insaniunt? Causam habet euidentē quod est frequens. An quod debiles cerebro lœsis nervis septimi panis præcipue & etiam sexti particula? cumque hi sint diores maiorem ostendant offendam? Sed cur non idem cœcis atque surdis. An quod à siccitate id fiat: non balbi & blæsi ab humido fiant? Et forsitan pares causæ, sed tamen, in siccis tantum hæc noxa accidat? An quoniam ex nixa perpetuo lingua cerebrum & à nervis patiatur. Diximus de hoc, In Sexta Aphorismorum vbi blæsi à balbo differentiam explicavimus: nam Trauli dicti quod proferre nequeunt, videtur autem impedimentum id accidere magis in senibus & ebris & atræ bilis esse quod ad insaniam attinet nam graue esse oportet.

15 Cur Dentes sensu prædicti soli inter ossa & præcipue? Dixere quidam ne ab edulis ac potibus corrumpentur. Sed ad hoc lingua & quæ sub illa partes palatum atque gingivæ sufficiebant, nec tanto damno tam partam utilitatem emere. Soli medici hoc dissoluere problema possunt quippe nisi dens exquisito sensu prædictus esset non posset mandare cibos atque ita inepto ad coctionem deuorarentur ut mihi contigit cognoscere in materna aua quæ vix ab eiusmodi casu anno superuixit.

16 Cur carnes cum effuberint diutius seruantur à putredine vnde mulieres, quas timent ne putrefiant paululum coquunt, humores nostri corporis non prius putrent quam effuberint? An quod aqua prohibeat? Verum magis hoc in assatis euenit? An quia carnes refrigerentur ab aqua exceptæ, humores in loco calido maneant? At si in aqua calida maneant non omnino putreficiunt, si ferueat; si frigida aut tepida securius, quam extractæ vel quod calor ille putridus aquæ non sit, in nostro corpore, sit & ideo putredo à putrido calore concepit? Sed etiam sine putredine vt ab ira & exercitatione vehementi humores putreficiunt. Satis apertum est non fieri magnas putredines nisi præente febre, multosque homines dum quietescunt videri sibi optimè sanos & bene valere qui vel minimo motu aut fatigari aut excalefacti statim agrotant & non pauci ex his grauiter, quidam etiam pereunt. Ergo altius repetenda est origo huius rei. Igitur elixatio cum extrahat multum excrudo cum pingui causa est vt non putrefiant carnes sed diutius seruentur. Sed si quis dicat obstructionem parere putredinem? contexto lebete minus putreficit. Cur igitur ex obstructione in animalibus humores putreficiunt, in lebere dum coquuntur non? Ergo alia causa est, quoniam naturalis calor non perflatus extinguitur: putridusque seu alienus sub ingreditur, & corruptit, calor autem igneus ex olla integumento non extinguitur, sed potius augetur, quod ignis extra ollam sit. Ergo solum dubitatio restat cur igneus calor

HH non

638 Problematum Medicorum.

non putrefaciat neque siccus neque humidus , cum vterque natuum extinguat & humidum difflet : nam de putrido cum extinguat innatum nec difflet , minimè obtemperat est cui corrumpat ? Igneus ergo corrumpit cum soluat compaginem sed cum separet humida à siccis ; putridus autem misceat , non corrumpit . Ex caliditate igitur putredines & febres & inflammations fiunt in animalibus . Quocirca etiam sudores & colliquationes ut in Primo Promtuarij .

17 Cur in Hibernia frequentes Elephantiasis ? in Britannia pestis sudorifica ? Quoniam pisibus & multo lacte vescontur & locus frigidissimus in ea regione , ipsi quoque minime mundi ; hic autem morbus contagiosus & hereditarius . In Anglia comedunt multas carnes , & spirare cum suo zetho viunt , effundentes sub pauimento , & aëre eam per nictem secum deferre videtur .

18 Cur scabies & pruritus etiam qui minus est cum putredine longè magis contagiosus est febribus tum continuis , tum intermittentibus , si modo vltæ ex his contagiose sunt , præter pestilentes ? An quod cutis ipsa exulcerata est , ideo partem (non solum humorum , corruptam transmittit ; vel quod in scabie humor communicatur , in febre solus spiritus , vel quia in scabie foris sit quod putridum est , intus autem in febre . An quod in febre si pestilens non sit , non putredo sed solus feruor adsit , in scabie autem serosus & verus etiam humor putruerit , vel quod feruor febris prohibeat putredinem : vnde costa (& maximè non statim sed à valde feruente aqua) non solum non putrescunt , sed si iam putrefacte cooperint redeunt , & ab illa prohibeatur .

19 Cur morbi etiam lethales absque sensu noxæ præcedentis repente ingruunt ? Primum quod non id nisi raro contingat . Sed frequenter potius : & si pauci sint de illis restat quæstio . Et quæ causa illis paucis assignari potest eadem etiam multis . An quod parui sint ab initio velut & arbores qua satæ oriuntur , si ergo parum ab initio vexant , quanto minus antè . Sed & in magnis initio contingere potest . An quod non ex genere lethalium sint ab initio , sed successu fiunt ac transmutantur , vel quod sensus amittatur seu minuvatur , quantum noxa accedit ; id est non sentire videntur : fiunt enim stupidi velut dictum est , & attoniti ante graues morbos , vel quoniam sensus quadruplex sit naturalis quo plantæ trahunt alimentum & conueniens omisso noxio ; vitalis qui inest omni sentienti proti distinguitur vitale à medicis , à naturali . Et hic non solum est in nervo iunctis partibus sed dentibus & ligamentis , atque hic præcipuus non solum in corde , sed etiam arteriis , ac omni animali per animam sensilem ingenitus , in venis autem non pugnabilibus per exiguum . Tertius est doloris ac certi velut qui à neuvis . Quartus cognitionis auditus

visus tactus . Omnes Galeno cogniti præter secundum . Quibus ergo origo morbi est in locis sensus perfecti aut vitalis velut in corde vel arteriis aut membris terutosis similibus ut ligamentis ventriculo & omnibus illis constantibus , hi ante morbum sentiunt : qui vero in venis minimè . Ex omnibus igitur his causis contingit non sentiri morbum antequam accedit .

20 Cur Putrida valde , sunt amarissima non tamen amarissima putrida imo potius à putredine præseruant ut Aloës , Ab-synthium , Myrra ? An quod non omnia valde putrida sint amarissima sed solum quæ siccæ sunt , poma enim valde putrida cum humida fuerint non fiunt valde amara . At amara putredini obstant , quoniam siccæ sunt , quæ autem adeò putruerunt ut sint amara , non amplius putrida sunt , hoc autem declaratum est in contradic-tionibus .

21 Cur si pullo ingluies sale impleatus inde acetum instiletur donec pereat ; statim vero coquatur , tam friabilis evanescit ac si per plures dies eversus fuerit hoc enim affirmant . An quod unum frigidum aliud calidum & vtrumque acre , aut quod ob calorem viventis animalis acre accendit & exuritur quasi coquatur ? vel quod acetum diuidat , sal astringat , hoc autem est friabile reddere , vtrumque solum incaleseat & per arterias dissoluatur animalis substantia ?

22 Cur ægrorum quidam iuuantur à cibo alij lèdentur etiam in eodem morbi genere ? An si somnus succedat (nam nunc de vigilantibus sermo est) & occasio sit , quoniam à vaporibus non à materia somnus intercipitur , aut mundus sui ventriculus , somnum & iucundum concipiunt arque ita iuuantur , si autem acres humoris cerebrum infestant & aliunde quam à ventriculo dum cibus postulat concoqui , magis exacerbatur æger & vigilia magis infestat . Tum etiam ex horis ; nam summo mane plus restaurat modicus somnus etiam si perugil tota nocte fuerit , quam si totam fermè noctem dormierit , mane autem vigiler . Ea enim hora somnus est longè vtilior quod ex ultimo alimento bene concotto cerebrum nutritur & humectetur . An quod bonum malo succedens longè plus iuuet quam malum bono etiam si bonum fuerit maius .

23 Cur attonitus morbus cum ex inaniatione nunquam sed semper ex repletione adueniat , numquam tamen à cibo aduenit ? Aduenire non posse negauerim quadragies tamen ita esse obseruauit : cum pluribus in initio prandij maximè oua bibentibus acciderit , vnde vacuo ventriculo etiam , nam non ante cenam ? An quod si non ante imbecilli cerebro , quomodo post iam restauratis virtibus ? Vel quod ut in Aphorismis maximè communiter ventriculus cerebro per nervos sexti paris qui offenduntur maximè ex ieunio , ut de Grammatico illo qui comitali morbo ex inedia corripiebatur ?

batur? An quia cibus & potus impediantr pranorum vaporum ad cerebrum ascensum idè sit potius somnus quam attonitus morbus? An quia cor plurimum restauratur cibo & potu maxime vini morbus autem hic non fiat nisi corde valde facto imbecilli: & Idè in senibus decrepitis (quanquam videatur Hippocrates, aliam etatem magis hoc in casu vereri) maximè contingit. Sed quod si non ex una causarum tantum sed omnibus aut pluribus saltem id eueniat? An dicemus non esse id verum sed quibusdam à cena, id est, post primum scilicet somnum contigisse? quòd morbus hic fiat à repletione, à somno autem caput maximè repletur. Et idè matutino & post diabus concurreatibus causis repletione scilicet nocturna, & mortu oris ventriculi hora cibi serà, tum enim maximè sunt attoniti morbi scilicet à quarta hora usque ad vesperam, si contingat à cibo homini abstinere vel etiam à tertia in comedonibus & assuetis tempestiè & saepius assumere cibum cum procastinauerit, usus enim causam præbet, morbi tarditas efficit illum.

24 Cur Dolor cum sit res magis nature nostræ contraria pruritu & titillatione, minus tamen mouet lipothymiam seu animi desceptionem illis? An quòd affectus hi magis pertineant ad cerebrum dolor autem ad cor? Aut quod sint affectus leues qui partem tenuorem spirituum resoluunt, unde animæ sit dissolutio quam vocant *λιποθυμία*, Syncopem autem efficiere non possunt? Sed dubium non est in hoc: verum cur efficiant illa magis quam dolor. Et de titillatione forsitan dici posset quòd sit cum motu & pruritus à vapore ideo scalpendo definit; Dolor autem vitroque caret, quod si alterum eorum adsit tum non ad illa sed ad syncopem perducit, quod sit naturæ nostræ contrarius; illorum autem neutrum. Adeo ut concludamus hos affectus celerius ad summam magnitudinem peruenire & idè etiam symptomata patere, non tamen eiusdem generis cum naturæ nostræ non sint contrarij: imò ab initio iucundi, sed magnitudine postmodum molesti.

25 Cur pisces olera fructus, quo recentiora eo facilius coquuntur, carnes autem quanto diutius mactati faciunt? An quod non tam facilius subiunguntur ab igne, quam verendum sit ut putrescant ob humidi tenacitatem, carnium autem crassius humidum est, indicio quod seniorum & agrestium animalium diutinus tempus exposcunt. Ideo facilius coquuntur quorū iam substantia dissipata est, aer autem externus dissoluit & ad putredinem præparat. An quod ex pisibus, mora & plantarum partibus pars aerea resolvitur tempore breui idè redundunt frigidiores & magis crudi? Indicio quòd etiam pisces magni celerius coquuntur si aliquandiu mactati iacerint. An quòd

pisces in alieno elemento iaceant carnes in proprio, idè unum iuuat ad coctionem & præparat simul ad putredinem, alterum solum corruptit?

26 Cur dentes cum aulis fuerint minus eorum dolent radices, quam antea? An quòd post aulisionem locus patet quo vapor intrudebatur? aut quod prodeunte sanguine corrupto cessat noxa & simul fomentum omnis intemperie? An quia dolor ex aulione obscurat eum qui post supereft? An quòd annexus dens degrauat locum: & cum occurrit renouat noxam? An ex omnibus his?

27 Cur Dentium radices omnes præter ultima sine dolore separari aliquando solent, ultima numquam? An quòd ex illa dens moritur non ex aliis. An quod in ultima radice tota vis remanet, neruus, vena, arteriola, ideo neruum frangi necesse est, hic autem maximi est sensus? An quòd iam ea pars saepius afflita sit dum sola dentem retinet: locus autem iam conficitus plus dolitat? vel quòd ultimaradix ob tedium vi soleat auelli, cæteræ sponte separantur? An vt in præcedenti ob hæc omnia?

28 Cur abstinentia adeò commutet homines vt quidam adipiscantur repente scientias vt referunt de Raymundo Lullio (quamvis sic scire, nesciam cui usui) plures fatidici? An quod tales etiam sint solitarij, homo autem solitarius aut bestia aut Deus, dicit Aristoteles. Aut quod hi incolunt specus plerisque: halitus autem terra permuntat mirum in modum temperatura vt Aristoteles in libro de Oraculis referente Plutarcho? An quoniā dum abstinent cogitant, & nulli negotio intendunt: anima autem libera multa videt & cognoscit, modis nobis non adeò compertis. Aut quòd desipiant ex inædia nec talia norint, sed vt in alea iactu contingit ter diuinare simul, & simul post, centies aberrare, vel quòd simplex & unica corpus confirmet & velut rubiginem ex anima deterget, unde pellucida velut diuina quædam res, irradiando varias imagines refert. Et ex eis Deo adiuuante per læpe verioribus inhæret, verisimile enim est cum Deus Bonum ipsum sit, bonis in bono opere auxiliari, est autem inquisitio veritatis ad opus bonum directa per se bona.

29 Cur virgo cum magis affligat, nemō enim non cogitur exclamare, dolor autemcum sape longe etiam minor sit, occidit virgo non occidit? An quòd non dolor si non excedat non interficit sed causa doloris virgo autem causam potentem non habet. An quia virgo sit cutaneus dolor & superficiarius, dolor autem profundus? An quod dolor sequatur ad inflammations & ad ossa fracta, virgo autem non nisi in externis membris & in ore & ventriculo & ano. An quòd etiam ex virginē pereant homines vt in exercitatis? referunt autem non nisi cum ad vni-

640 Problematum Moralium,


vmbilicū peruenit vel forsū ex omnibus his?

30 Cur somnus? cum omnes operaciones siant cum motu & motus excalefaciat, exemplo nātūrā, motus semper intenditur & sp̄ritus idē resoluuntur, quare homo ad interitum properaret, esset autem necesse ne elementa dissoluerentur, postquam quīste opus erat cessare motum, somnus à natura inuentus est, qui est quies sp̄ritus animalis, at si vndequeque sp̄ritus quiescerent, pectus quod ab animali sp̄iritu ac facultate mouetur, cessaret, & ita homo suffocaretur. Cor etiam non moueretur & idē bisariā homo interieret & suffocatus & extinctus substracto alimento: ideo huic periculo natura prouidit vt absque sp̄itu arteriæ & cor mouerentur obsequēntib⁹ arteriis cordi ipsi. Inditio sunt tres res. Prima quod omnes arteriæ æquali tempore mouentur ad dia-stolem & sistolem & idē etiam inter se, quod fieri non posset vbi à spiritibus mouerentur, vbi enim etiam vt plures sp̄ritus, ibi velocius mouerentur, & etiam quod vinculis addactis non cessaret motus quia adest arteria & sp̄ritus & calor vique ad tempus: Et tamen cessat. Et etiam fieret nimis magna resolutio in toto corpore. Et ideo mouetur ab illa vi quæ constat in temperamento quod conservatur à spiritibus. Idē motus ille fit iuxta caloris necessitatem, & vim propriam cordis quæ est vt Solis, lux, & hæc conseruatur à spiritibus. Ideo sp̄ritus quiescunt non solum in somno sed in vigilia. Imo in somno pulsus sunt māiores, quia intima sunt calidiora eo tempore. Causa verò materialia somni est vapor humidus, qui vincit sp̄ritum animalem & etiam vitalem. Et idē à nō-uo humido præcipue cibi ac potus inducit somnus. Et quoniam ex labore resoluitur sp̄ritus animalis, licet corpus fiat siccus tamen quia modicum humidum sufficit paucis spiritibus & ex labore exhalat humidum acre, idē à labore subsequitur somnus dulcis atque profundus: maximè si laborem subsequatur mollis cibus & potus suavis & humidus. Cum ergo in febribus calor pectoris sit magnus & totius corporis siccus, ideo febricitantes sunt vigiles: Primo ob calor siccitatē vt materialis causa desit: Deinde acredinem, naturā molestia affecta. Tertio quia maior celerior & frequenter respiratio sit necessaria: igitur quies in sp̄itu minor, ergo somni leuiores & breuiores. Inde sequitur quod si febricitatem non sublata febre velut per syrum violaceum cogas dormire nocib⁹ egregiè: nam quiescat sp̄ritus & respiratio sit minor tardior & rarer quam esse debeat: igitur calor naturalis non bene nutritur, & calor præter natūram augebitur quare & morbus & vires debilitabuntur. Sed non est hic locus ultra pro-grediendi. Ea ergo causa somnus in au-

rora facilius contingit maximè in æstate humectato aëre: nam tunc ros cadit vt videmus in dumetis: Et magis refici quoniam tunc cerebrum maximè nutritur dulci ad ipsum à iecore translate sanguine: vt etiam cor & iecur: ideo somnus ille magnum solamen corpori assert. Quod etiam docuit Aristoteles.

Animaduertendum est autem quod cum vna facultate destructa alia necessario concidant: si sp̄ritus vitalis cogeretur moueri etiam interiret: quoniam omne mortale quod æqualem seruat motum si eo motu incalescat vel minimum, necesse est vt ad summum caliditatis perueniat & igniatur: vt experientia in manibus conflicatis invicem aut cum tabula vel linteo, idē cum motus cordis sit perpetuus esse non potest vt siat à motu sp̄irituum: sicut in motu pectoris & manuum: quorum alter fit p̄ ex diuersas partes sp̄irituum quia non est communis toti corpore, alter non est perpetuus nec vlo modo esse potest. Aliud quod cessatio à restauratione est minoris detrimenti longè, quam à motu pectoris. Et ob id per plures dies homo potest manere absque somno, non autem per medium horam absque respiratione. Ideo si error continet maior semper erit in semper erit in somno violento quam in vigilia. Quare dispositio illa quæ est media inter somnum & vigiliam cum complectatur ambo, mala: debilitat enim calorem vt vigilia, & non permittit respirationem perfici vt nec somnus: Quare nec quiescunt vt in somno sp̄ritus: nec mouent vt in vigilia vt calor nec repurgetur nec reficiatur: ideo fit coma vigilantium aut somniferum quod est lethale.

31 Cur lusciosi melius cernunt ambo- bus oculis simul quam alterutro oculo quovis qui autem acie valida sunt per-spicie, vno tantum; indicio est quod vbi collimate velint alterum oculorum claudunt? An quod collimate melius, non sit melius videre? at hoc fit vt rectius inspiciant cum in vnum oculum species visibilis in co-nūm magis coangusterit? Vel dic quod lusciosi parte vna oculi vident alia non vident & ita vtroque totum. Et reli-



qua adiuvant operationem alterius oculi; velut K, inspiciat A, B, C, D, recte perfecte & B, D, E, F, contra: L, recte & perfecte

perfecte B, D, E, F, contra A, B, C, D: ita K, L, utrunque partem bene atque perfecte volebunt & aliquanto melius etiam totum quam K, suam medietatem A, B, C, D, & L, suam B, D, E, F. At in oculo perfecto uno occluso tota vis & spiritus in unum coeunt & ita optimè vident, ac melius nec solum collimat quam ambo bas. An quid membrum laesum à quo-vis incommodo duecitur & offenditur; robustum (Exemplo prævalidi ignis ab aqua pauca) corroboratur modo leue sit: vt quia suas vires colligat, vel quid non semper verum sit, sed ubi lumen deficit, ut in senibus maxime, lunine addito ex altero oculo melius videant, contra illi à superfluo impediuntur. Ad hoc videmus in iudicem qui ob hoc procul melius vident quamvis hoc magis naturæ aduerteretur procul, quam duobus oculis bene videre.

32 Cur vesperi maxime aestate pustulae multis contingent cum pruritu imo sub forma tuberculorum quibusdam rubrae & sunt sanguinæ dicebat Princeps alii albae quæ sunt à pituita salsa. Dicit quid cum sunt magnæ nisi succurratur sectio ne venæ qual solent efficer tertiānam nec causam docet. Post subiungit quid ea sectio venæ debet fieri inter locum & principium. Pro causa dicit accidere ob vapores sanguineos biliosos, & quid est vehementior, calidior, & celerimè exit: aut ob pituitam salsam & magis sequit in nocte. Expositores nihil prorsus dicunt: sed solum quid omnia per se clara sunt, ô hominum mores? Tria proponuntur difficultima cur si magnæ sunt nec carentur debeat gignere febrem: & tertianam non aliam. Secundo quid intelligendum sit per locum & per principium? Maximè quid plura sunt loca ubi venæ conspicuntur in cute non apparent & tamen ibi sunt Epinyctides (nam ita appellare scilicet, alij plantam noctis) numquid ergo ex locis ubi nullæ sunt venæ in cute euidentes, sanguinem detrahemus, ut sub aliis & in exteriori cubitorum parte & in ventre ubi apparent plerumque pustulae & tubercula maiora etiam fabis vulgaribus: An ergo quia homo diffidatur tota die ob calorem & perpetuo remanet pars crassior, tum quia minus attenuatur & minus eleuatur: nocte superueniente & exutis vestibus (nam eo tempore propriè abundare solet) ob duplex frigus prohibetur in vapores resolui aut exire: Quare intumescit locus & magnam molestiam afficit: tum mortuus proprio tum quia curim diuidit. Atque haec de causa. Secundum est cur si magnum occupent locum & non carentur sectione venæ periculum immineat de Tertiana? Cum enim sit humor acris dum natura potens est spargitur ad curem: Quod si sit latior locus materia est plurima unde spargetur in eadem via sed propius scilicet in musculos: tertiana autem sit materia super musculos sparsa inde horror & tremor ob mortuum. Et hoc ad un-

guem Galenus declarauit in Epidemiis. Ergo nisi fecerit vena periculum tertianæ ingruit. Sed maior est difficultas ne non etiam sic agenti tertiana superueniat, Primum retracta humore humore prauo intus. Secundo quoniam non ducimus quocumque natura vergit sed contrario motu: tertio ne detrahamus bonum sanguinem & malum relinquamus. Quare curbitæ videntur utiliores: sed in tanta copia humoris aut immodec calidi aut falsi periculum est ne vel anthrax aut Erysipelas suscitetur aut febris valida. Quod si purgatione per sudorem innitaris exercendo te, incuris periculum Hippocratis ex sexto epidemiorum, & similiter si coneris purgare mouebis materiam ad interiora & forsitan corruptes totum sanguinem. Si utraris potu & cibo parum nutritive, minimè acri & humido ac moderatè frigido forsitan non sufficiet: sicut ego cum curauit Franciscum Gadium amicum meum, ex ordine D. Augustini, sed usus sum ea custodia sex mensibus cum morbus obtinuerit iam integro biennio alens, eum prisana ex iure testudinum nemorearum, & absque sectione venæ & liberatus est perpetuo. Ergo melius est ut ad hanc vietus rationem: & usum oxalidis & rhu viridis ac ribes leniendo aluum alternis diebus utraris levibus frictionibus, vides quam mentiantur de claritate. De loci autem sectione intendit ut trahas ex vena conspicua propinquiore loco: & in illa eligas partum quæ est altior, loco paciente: ut sanguis antequam ad locum perueniat laesum, sit factus putus & frigidior. Sed verè hoc est difficile & viderit Auicenna aliena transcripsisse hac in parte: nam morbus hic nec locum unum retinet & tot etiam simul locis effunditur ut opus esset cane sagaci. Naturam tempestate cynæ radicis potus is qui dilutior est prodesse multum competitum est.

33 Cur multis à dolore in genu post venæ sectionem etiam ex pede repetitam, à purgatione inflammatio in eiusdem partis maximè dextræ oculo usque ad cæcitatem, velut duobus adolescentibus. Saraceno & vxori? An quoniam ab atra bile cæcitas ut sexta Aphorismorum, educta vero pituita & flava bile quibus à natura deriuabatur ad genu maximè non præparata sursum repit, & ut mos est eius humoris, fecit insanabilem morbum? Vel quoniam motus intercipitur: est enim alius longè ad articulos, ab eo qui ad aluum quoniam contrarius. Tertio Prompruarij? An quod materia furens agitata ut febrem facit ita ophthalmiam; viciissim enim permuantur, Prima Problematum. Præterim quid à seroso humore uterque morbus sit; putrido perfectè febris; semiputrido ophthalmia: unde imaginem calidi exhibet, cum sit frigidus: neque enim morbum longum faceret qualis est lipitudo quamvis non idem prorsus sint Graeca ophthalmia & latina lippitudo, vel quid


642 Problematum Moral.& Præstant.

Purgatio fiat deductis ad ventriculum humoribus qui non plenè enacuati & dum enacuantur ex tenuitate furentes ascendunt per palatum ad oculos vt Primo de causis symptomatum , efficiuntque eum morbum. An quod ex medicamento calidore Prima Aphorismorum supercalefactum iecur (ideò vique nunc tantum in dextra latere hanc mutationem efficiat vt quod deorsum ferebatur postea ex caliditate sursum ascendat. Quod si ita est neque obscurum est cur decoctum Guaiaci non contulerit , simulque manifesta est , etrandi non modica rationis pars , neque tamen calidus humor ex hoc (Animaduerte recteque distingue) sed humor non solum frigidus sed crudus , à calore immodico iecoris in vapores transmittatus , inde ex patredine signa caloris habens.

34 Cur morbi aliqui sponte sanentur qui curari non potuerunt ? Facile est dicere malic curatos fuisse. Sed cum eisdem , iidem post coulueret. Præterea constabat de causâ & morbo. Alij dicunt ex circuitu astrorum vt Quarto de Generatione Animalium. Sed videmus ubi statim à curatione recesserunt id contigisse. Præterea hoc esset Fato quasi nostra subiictere. An quod ex fide & spe & aeris mutatione : sed hoc in quibusdam contingit & præter aeris mutationem in paucis. Præterea dice-

mus tribus ex causis id contingere : Prima consuetudine , natura enim ad consueta redditia robatur , medicus persæpe obseruat solum vt occurrat his quæ sunt præter naturam. Alia quod medicus nimis vterget , atque ita vires debilitat , cæpta abrumpit , & hoc dum studet nimis sollicitus & sapiens videri. Tertia quod ubi dispositiones sint opposita & contraria & paulum à naturali distantes : si medicus unius obstat aliam adauget. Si vtrique nitatur vix fieri potest vt in quantitate non aberret & ita offendat.

35 Cur lac oua sanguis iecur cerebrum (aliqui etiam renes dicunt) quo diutius coquuntur eo duriora euadunt ? An responsio patet ex Philosopho. Secundo de Partibus Animalium sanguis concrescit quia crassus & terreus : cum enim tenue euaporat concrescit quod terreum est , lac ergo concrescit quia tenue aqueum separatur : sanguis quia partim separatur , partim euaneat : cerebrum terreum est velut & iecur : at oua quid dicendum neque terrea neque crassa maximè vitellus? Dicebat Philosophus : Tertio de Generatione Animalium ouorum vitelli calore concrescunt non tamen duocunt ut alba sed corruptuntur ab igne. Et hoc inquam recte se habet , quanquam fateatur ouorum vitellos terrenæ esse naturæ.



PROBLEMATVM MORALIVM Et Præstantiæ.

SECTIO TERTIA.

1 VR homines minus obliuiscuntur duorum numerorum si animaduertant differentiam quam si non , cum tamen tria memoria sic continere oporteat ? Causa forsitan est quod cum sint connexi hi numeri licebit quovis per obliuionem amissio omnium recordari velut suppositis xiiij. xxxvij. quorum differentia est xxiv. vt obliuiscaris vnius horum , necesse est vt duorum obliuiscaris , si vnius tantum licebit restituere , at si non consideres differentiam , sufficit vt deleatur unus ex memoria , at difficultius est obliuisci duorum quam vnius & rarius contingit , igitur facilias continentur duo , numeri considerata differentia , quam non animaduera.

2 Cur Principes multi in quibusdam publicis actionibus seu & auari videntur vt

in vestigialibus exigendis à miseriis ; iustitiam in priuatis negotiis tam exactè seruare videntur vt admirationi sint. An quod publicum velle corrigerre res sit nimis difficilis non ita de priuato : vel quoniam in hoc sint evidentes & conspicuae actiones , in illis obscuræ etiam si mille miseros seruare possint ? Aut quod in vita priuata legibus teneantur : vt principes agant rem publicanam cui sint iuramento astrikti vt milites , id est quod Reip. salutis causa sit , & ob sacramentum , & quoniam seruunt ideo mandato dominorum tenetur quisque ; id est licitum ac legitimum videtur esse quodcumque agunt.

3 Cur Principes bella tam facile gerunt cum & ipsi vita se periculis exponant & multa in commoda patientur , cum possent in summis delitiis viuere ? An quod omnium rerum

terum sit satietas quædam? Et maximè quod hæc actio cum virtute coniuncta sit, ac claudere, vel quod per bellum multa liceant quæ in pace nonnisi cum dedecore agi possint? aut quod bellica administratio sit iucunda, bene consulere, fortiter agere, experiri fidem amicorum, videre loca non visa? Aut quod sp̄erent magis quam timeant: Quisque enim rebus suis abunde fauet, ad quem errorem plurimum faciunt adulatores, vel quod ministri id suadeant quorum spes diripere fraudare emungere, vel quod maior pars hominum optet hæc discrimina, seu diuites futuri & fælices, seu morte omnem molestiam evasuri. An quodd bellum sit in motu quodam, homines autem amant motum, quia ille parit res nouas & insignes: nouitas autem delectat, vel quoniam bellum exercet corpora & animos atque fortunas; vix est autem inuenire mortalem qui non speret in altero laudem consequi aut in tertio utilitatem consequi, vel quoniam operatio sit perfectio & actus, bellum autem se habet ad pacem ut vigilia ad somnum, idem penè omnes in bello & de bello gliscunt.

4 Cur homines etiam decrepiti tam liberenter optent excipiante venturos dies, cum eo magis propinquai fiant obitui & in profundam ruant senectam, quorum uno nihil miserius, ut ille inquit:

Multa senem circonueniunt incommoda.

Altero miseriis nihil, cum sit Aristotele teste ultimum terribilium mors. Forsan negabis id esse expressum nec latuit, antiquos; Audiuimus futuri appellat Horatius senem. An ob avaritiam præcipue diuites quod redditus exigant, temporis autem cursus lateat, ut ille idem refert. Senes autem avaritia optant quod illis nociturum est ut iracundi qui a deo ira sequunt ut mortem iungere sibi velint ut vlciscantur; est enim vitium immoderatum, vel quod natura leniat tantam temporis defluentis iacturam etiam hoc lenocinio, vel quod ad meliorem vitam properantibus, similes sumus bello regnum sibi parantibus, quibus tot molestiarum sensus suavis est ob memoriam finis atque quietis.

5 Cur prudentes viri plerumque sunt timidi. An quod causa sit naturalis: minus enim in frigidis sanguis commouetur & ideo melius præudent quia minus perturbantur. An quod prudentes ex prudentibus nati sunt, hi autem multa experientia edocti senes atque ob id timidiiores? vel etiam educati apud seniores aut pædagogos qui & ipsi timidi sunt ut pote inertes. An quoniam prudens multa videt, & ob id à pluribus timet. An quoniam prudentes natura humana rationem habent quæ facilius in mala impingit quam bona & mala etiam sunt bonis maiora & difficilius avertuntur quam bona excidant. Au quod sapientes viri ut inquit Aristoteles fuerint melancholici, melancholici autem timidi.

6 Cur soli stulti iucundè viuant? Imò qui stulti sunt plerumque minus molestè vitam ducunt? An quod stultitia adimat instantium cognitionem: futura verò mala plura

sunt bonis, & facilius occurunt & maiora sunt. Quod si nullum aliud incumberet, sola mors omnibus bonis vita præponderat quam nemo effugere potest. Item senectus, & conditio alternata natura. An quia stultitia ebrietati similis sit, atque ob id plerumque lati quoniam stulti euadunt ex atra bile sanguini mista, vel quod stulti obliuiosi sint & idem malorum non recordantur; at tria sunt quæ semper nos contrastant si memoria repeatantur quia nunquam obliterantur iniuria, Dederus & amissa bona præsentim filij: at his repleta est vita humana tota quomodo ergo fine infancia homo latet esse poterit? An rursus quoniam stulti cum pueris mulieribus ac ignobilibus versantur quorum vita expers curarum est, ideoque latet vel etiam quoniam ipse nulla cura delegatur at ut ille dicebat cor vrunt curæ. An quod stultorum facta cum videntes rideant ipsis putant eis voluptate esse & in precio ideo arrident arridentibus: & lati viuunt.

7 Cur homo deliberare non cogitur, Cor tamen nobis inuitis palpitat? An quod deliberatio fiat in cerebro, timor autem agitat cor? hoc enim medici dicunt. Sed est falsum: namque neque cerebrum principale membrum est: nec operatio vlla sine corde fit qua ad animam pertineat. An vero quod deliberatio sit virtutis intellectus seu saltem cogitationes, at timor vis est in imaginatrice; indicio quod cuncta animalia timent; nullum præter hominem deliberat.

8 Cur cum potentia & scientia faciant hominem beatum ut in Memoriali dictum est, utrumque quanto magis augetur eo magis homo cupit ut crescat? An quod quanto magis crescent eo magis agnoscit illa bona, si quid enim possidemus par est ut magis agnoscamus idem magis etiam appetimus. Ideo dicebat ille:

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

An quod ea bona ex motu originem ducent: motus autem sensum ut dictum est sapientia adaugeatur idem aucta augent sui desiderium: ut pote reciproca, vel quod aucta bona dilatantur, ac multiplicantur occasiones humanæ, per quas cogitare ampliora optares.

9 Sed cur maius est desideriunt incrementi potentia quam sapientia? Cum sapientia tamen melior sit ac nobilior. An quoniam homo in hac vita sit magis corporeus quam animalis; Potentia autem & opes expletat corporeos sensus, sapientia animam ipsam, vel quod sapientia sit bonum solius animi, potentia animi & corporis. An quoniam sapientia sit ex genere bonorum vtilium & honestorum, potentia necessariorum, idem potentia propter natum ex genere manentem plus trahit quam sapientia, licet magis deberet sapientia, quoniam obiectum illius est infinita magnitudinis capax, potentia autem terminum habet & sapientia mortalia & immortalia complectatur, Potentia humana solum mortalia sapientia præterea corporea & incorporea; potentia corporea tantum.

644 Problematum Moral. & Præstant.

10 Cur famuli & ancillæ, plures diutiusque conuiuant cum auari dominis quam liberalibus & splendidis, nisi sinant illos decipere atque furari? An quod auari sint sapientiores prodigiis facilius autem est conuiuere cum sapientibus ut qui sint commodiores, mitiores, & utiliores quam stulti? An quodd auari habeant minorem familiam & minora negotia, famuli autem & ancillæ refugiant plerum laborem. An quodd auari sint humiles & blandi; contraria liberales: humani autem & blandi placent hominibus præsertim viles animi? An quoniam auari minus illis audeant imperare ne dent, liberales sunt imperiosi, idè facile odesunt? An quod auari habeant domesticos melius moribus præditos vnde magis interesse conueniunt? An quia homines semper sperant; à diuitiis autem ac liberalibus cum assueverint incrementa consequi, si non dent discedunt: si dent, dissipantur & pauperascunt? An quod auari ab initio curant res suas vnde domestici redduntur meliores statim. Et ita non erumpunt ita in flagitia ut postquam nequeant retineri? An quod auari elegant domesticos, & plerumque aliqua consuetudine coniunctos, liberales accipiunt vltro se offerentes? An quodd auari suscipiunt assuetos laboribus & abstinentiae, liberales comptos speciosos, qui difficiliter retinentur? vel quodd qui cum auariis degunt sunt sordidi idè homines non seducere tanquam ineptos aggrediuntur: nec illi audent ad vitæ genas quod non tristarunt transire? vel quod aliqui permaneant sed cum sint inter multos homines non animaduertunt; auaris est vnicus aut duo: ideo omnibus conspicui? An quodd auari illos deuinciant publica fide at aliis liberum est abire? Quin etiam quodd liberales dant, vnde nec sperant aliquandiu & possunt, auarorum domestici non habent & sperant. An ex omnibus aut pluribus aut etiam aliis?

11 Cur qui contemplatione plus valent opere ipso sunt ineptiores? An quodd qui plus opere præstant minus valent contemplatione? ut vice versa respondeamus id autem contingit quoniam:

Pluribus intensu minor est ad singula sensu.

Vel quodd qui rectè contemplantur tardius sunt ad iudicandum, qui ad opus idonei vindentur, sunt promptiores. An quod qui contemplantur melius peragant sed periculum dum cauent segnium procedunt & multis absistent vnde ab imperitis ignari segnes & anticipites creditur. An quia imperiti sint plures & moribus similiores vulgo ac magis familiares idè insurgunt & voces spargunt contra eruditos eiusmodi? vel quoniam profunda cogitatio debilitet animum, & ob id postmodum in agendis non adeò sunt circumspcti?

12 Cur amici minus plerumque ignoratis, imò etiam inimicis, mihi in arte tribuunt? An quodd illi magis sollicitantur ab æmulis? vel quia amici inspiciunt reliqua in quibus cum deficiam idem putant esse debere in arte excienda: ut poterit in vestitu,

mensa, re familiari. An quod qui amici non sunt mouentur fama; amici re: fama autem semper fere multo maior est re: vel quoniam alij non veniunt nisi magnis in casibus in quibus gloria consistit, velut in arcu tenso: in paruis autem remittitur. An quoniam familiaritas contemptum nouitas admirationem parit?

13 Cur qui de rebus vanis loquuntur nil aliud somniant aut cogitant quam eiusmodi? An quoniam natura leues, ideo de eiusmodi etiam post cogitant? An quod nil aliud curant ideo vanis cogitationibus repelluntur? An quod atra bilis in eis abundet, eiusmodi autem sunt prope stulti & inanis. An quod à Deo recedant, idè talibus repelluntur? vel quoniam vana ut sunt maiora veris seu bona seu mala magis mouent merum aut spem idè expulsis ex mente sanis consiliis nulli alij incumbunt?

14 Cur homines fabulis magnis delectantur quam veris narrationibus atque historiis? An quod fabulæ sint de magis mirificis, idè magis mouent affectus & ob id etiam magis delectant. An quod qui illis delectantur iam vani natura sint ut videmus in pueris: idè magis etiam vanis vani delectantur. An quod magis compositæ sint ad hominum voluptatem ut quæ nullis sint circumscribatæ legibus? An quia cum falsæ sint non vrgeant mentem, sed velut somnus laxent animum, indicio est quod somnum allificant, vel quia plures sint stulti quam sapientes, homines autem quoniam quod plurimum potest plures afficit at convertunt id quod plures afficit plurimum possit; ob id arbitrantur nos magis fabulis moueri? Indicio autem est secus esse quod historicis mirificis delectantur Principes maximè quorum est propria felicitas.

15 Cur omnes homines mutent mores? An quia diuersa ad idem ut vii. ad iij. & viii. seu additione seu producta diuersum efficiunt, tempora autem mutant ætates, temperamenta, consuetudines, voluptates, studia, socios, consuetudines; Ideò & mores: mutant & occasions. An quod tempora mutent mentis vim iuxta quam accidunt de rebus existimationes & actiones. In temporibus etiam mutantur astrorum circuitus & loca, vnde variae deliberationes, modo celeres, tristes, letæ, tardæ; Morbi etiam plurimum ad hoc conferunt.

16 Cur fratrum multorum tanta dissimilitudo Titi & Domitiani, Iuliani & Galli, Getæ, & Bassianus omitto consobtinos Heliogabali & Alexandri: an quod in planè similibus varia ut dixi maiorem ostendant differentiam quam in dissimilibus ut 5. & 7. in 3 : 8. & 10. & 15. ac 21: at in 3. & 2: 8. & 9. & 15. ad 14. An quod admirabilior sit fratrum differentia ut proximè positorum, & saepius animaduertorum? An quoniam vis in parentibus magis exhausta sit: vnde triticum de macrati agrumi, lupinus impinguat: & ruta iuxta sicum illi proficit ut ficus ruta: vel quod animaduertens succedens prioris acta & præsertim cum in felici exitu terminata transfert se magis ad oppositum.

17 Cur

17 Cur vnis de multis bene scribi : Multi de uno raro & minus plenè ? An quod omnium sit vna methodus & id: o melius nota & pertrita in pluribus quam uno sub.esto ? Item quodd disciplinæ sint magis connexæ & quanto plures , idèo melius perceptæ perfectius tradi possunt ? An quod multa bene scripta lateant quæ vnu sibi ascripsit perierantque velut Pythagoricorum de felicitate & lumino bono præcepta quæ diligentia Stobæi seruata sunt non inferiora Peripateticis . Quæ autem de transmutatione animalium euulgaruntur multo aliena sunt ab his quæ sentiuntur . Porrò qui plura & de pluribus bene scripserunt fuere Aristoteles , Et eius discipulus Theophrastus , Auctoress , B. Thomas , Scotus , Augustinus , Aquicenna , Ptolomæus .

18 Cur pueri verberari soleant ? An quiam immemores sint monitorum tum ob humidi abundantiam , tum ob imperitiam ? An quia ex verberibus fleant , fletus autem siccatur cerebrum ? An quod apud barbaros consuetudo inoleuerit , quæ postmodum migrauit ad Græcos & Italos ? An quod ex dolore sanguis ad interiora trahatur ? Vnde robustiores & melius commensurati reddantur , vel quod medijs sint inter iumenta & homines , iumenta autem verberibus docentur quoniam capaces non sunt , nominum significatorum ? An quia hie mos à matribus ortum habuerit quæ vt sunt iracundæ & faciles ad itam prorumpunt in hæc sed leuite , viri autem leuiores rei vsum retinuerunt , moderationem non adhibent ? An ad turpidinem vt refert Quintilianus ?



PROBLEMATVM FLAGITIORVM.

SECTIO QVARTA.

VR. avaritia omnium vitiorum maximum ? Et maximè cum vita omnia alia cohibeat præter inuidiam quam angere solet & crudelitatem ad quam vario modo se habet . E enim avarus comprimit amore pecuniae luxuriam , gulam , inertiam , iram & ambitionem , adeò vt non maius sit avaritiae signum quam humanitas , officia sine sumptu , & verba blanda . Maximum dico quod difficilè tollitur , plurimum nocet , & quod hominibus magis peculiare est . Primo modo non appellavero maximum , quamvis senectute non molliatur , sed potius crescat , ab aliis tamen virtus maximè , ira , libidine , timore , & ambitione sæpe superatur , nec tunc scit seruare modum , quamobrem tales in eiusmodi occasionibus cum timeant reprehendi de crimine in profusione solent labi . At vt dixi aliis duobus modis maximum virtus est . Plus enim nocet humano generi : tum quod omnes homines ferme eo laborant , idèo pluribus obest . Et ea in parte quæ maxime vnicuique necessaria est . Vnde quod miseris , ob ezeptas pecunias , dolo aut vi , soboles perit , & stirps extinguitur ? Sed & contraria proflus iustitiae est . Duo enim virtus iustitiam evertunt , ira ad tempus ; avaritia perpetuo : iustitia vero cum sit & optima mortalibus & omnibus necessaria , necesse est avaritiam tanto esse deteriorem cæteris sceleribus . Reliqua virtus compatiuntur secum habitare iustitiam ; avarus è directo pugnat . Iracundus atque iratus dum temulentus est & insanit .

Quod autem omnibus communis sit in causa est primùm quod pars & liberalibus & profusis sit necessaria : his quidem vt habeant quod dent ; illis vt augeant quorum amore tenentur :

Crescit amor nummi quantum issi pecunia crescit.

Et quod xate non mutatur in melius cum enim ira & libido senio conficiantur avaritia crescit eadem feræ aut consimilariatione qua diximus . Dum enim iuvenes sumus , immodicis cupiditatibus laboramus quibus explendis ; indigemus opibus . Dum senescimus , ad lucra inepti , & pluribus indigentes commodis sumus etiam si non fuimus antea avari . Tertia est quod cum Deus omnia possideat & sciat , naturali , quadam similitudine tenetur vt sciamus & possideamus plurimum , sic enim ad illius boni summi imaginem magis accedere videmur , itaque cum scire ipsum sine iniuria additum sit , avaritia non merito hoc , inter virtus & maxima refertur , illud inter virtutes & speciosissimas . Natura enim comparatum est vt optima quæque cum corrupuntur in pessima conuertantur . Theologia in heresim : Medecina in veneficium , Regnum in tyrannidem , Scientia in infaniam : Iustitia in iniuriam , voluptas in sordidem , mansuetudo in contemptum ; fortitudo in violentiam . Ergo vt ad propositum redeam cum ex optimo avaritia simulachro corruptione eualeat in virtus , cum aduersetur virtuti omnium præstantissimæ . Etiam semper cum iniuria & detimento alterius fiat , cunctaque omnibus

omnibus ferme commune sit, meritò maximum solemus appellare vitiorum. Habet autem hoc ipsum innumeratas excusandi occasiones, sed quorundam habeat semper avarus sentia scelerum est ac flagitorum: & impedimento omnibus bonis ac generosis operibus sola facie verbisque blandis speciosus: quem cum tractaueris deteriorem experieris: inutilemque humano generi. Et meritò qui verè Idololatria est. Deum, nomen bonum, amicos, virtutemque ob cupiditatem solam pecuniarum spem: legesque omnes & naturales affectus contemnens, cur non omnium maximum quod in illa commutetur? Avarus enim fur, proditor, fœtus, adulter, ministerio emptus pecunia fit.

2 Cur libidini dediti, maximè Principes, plerumque male pereunt? Sic Alexander Phæreus & tot alij ex Gracis quos Aristoteles connumerat: Ex Romanis Caligula, Nero, Vitellius, Heliogabalus. An quod simul crudeles hi ac fœtui & iniusti? An potius quodd luxui & recordiæ dediti non carent Principatum? Principatus autem omnis res congesta ex pluribus & infirma, tum inuidiosa, quæ sponte corruit: Et cum saluo principe vix possit, coguntur illum aggredi? vel quodd libido & luxuria irritet animos & iniuriam & neque austri inimicos neque terribilem efficit idem obnoxios coniurantibus reddit. An quod in singulis vitiis aliquid sit ad regni tutelam præquam in libidine. Superbia reddit venerabilem, inuidia solerter, fœtus terribilem, gula amicos conuiuii facit & plebi gratum absque ullius iniuriae, avaritia potentem. Inertia contemptum efficit, sed tamen citra aliquius iniuriam aut odium. Irā ad bellicas res nihil melius; facit enim audaces promptos terribiles. Fallacia conductit ad opprimendos inimicos & potentiam augendam maximè iuste administrata & raro ac opportunè & in malos, vir libidinosus facto iniurius, cogitatione distractus & nullius nisi in Scorti amore memor, in omnibus iners & extra semetipsum.

3 Cur magni viri fuere in venereis & vetitis immoderati, Alexander Magnus, Agelaus C. Cæsar, Traianus quamvis aliqui sanctissimus. An quod ea felicitas à Venere, Marti mista predeat qui duo cum dominentur efficiunt parum continentis & pronos ad flagitia. An quod vt Aristoteles (cum eiusmodi sint fortis atque prudentes) sint melancholici, is humor ad turpes libidines incitat. An quod furiis agitat mala multa perpetrant; vel quoniam fortuna dulce omnia, vt posse, videntur etiam licere: homines autem, velut in vestibus, maculas potius, quam decorem obseruant. An quod magni viri ex bellicosis Gentibus; vbi consuetudine imperatum est vt liceat omnia facere.

4 Cur geniti ex coniunctis natura, effeminatis sunt? An quod ex immoderantia amoris congeniti labē contrahant, vel quod parentes pudorem parum curantes labem illam transmiserint in natos, quod autem continet

imbecillem etatem & sexum est pudor, quæ euerso ruant in omnia flagitia? vel quia sanguines illi committi præter legem, etiam mutabilem natura efficiunt, omnes autem ad patiendum apti, mutabiles & salso humore prurientes quem cogit illicita venias & nimiis idem illecebribus exercita.

5 Cur in vindicta tanta voluptas. Et vt Poëta ait:

At vindicta bonum vitâ incundius ipsa.

An quodd tanta voluptas in vltione quantum dolor in iniuria: iniuria autem maximum malorum humanorum quæ malum affert, & ab odiofissimo, & futuris malis etiam te exponit, vel quod vltio sit generoforum animorum: at horum omnia sunt irmodica, vel quodd nihil minus sperari possit vindicta (semper enim afficit animum) aut quodd semper: si non sperabatur eo latior: Si sperabatur adeo concupita cum aduenit leto animo excipi nil mirum esse debet. Propterea alij contenti fuere solum potuisse. An quia in scelestos dulce sit publicam iniuriam cum priuata vindicare, in alioquin probos quod videatur præter naturam suam rarius exemplum iniustiæ exercuisse. At de hoc satis alias.

6 Cur Gula vitium aded commune est omnibus? An quoniam conueniat omni etati, id autem accidit quia, vitæ fundamentum necessarium est: ideo voluptas quædam est vitæ comes? An quoniam quotidie ad illius vsum redire necessarium sit? An demum quodd duobus magnis caret incommidis iactura corporis proprij & iniuria in alios? An demum quodd facilimè patetur? Nam vel quæ vos delectant parua comparantur, vel minimo quo delectari possumus. Siquidem famæ nobis obsonat fercula, vt dici solet.

7 Cur Antropophagi molles? An quoniam cum à ratione recedunt in pessima corrunt? vel quodd humanarum carnium esus ad hoc flagitium impellat? vel quoniam mollities proueniat ex atra bile quæ ad annum per venas sanguinifluas deriuetur, hæc vt notum est ad maximè fœtum & feritatem illos deducit vt corporum humanorum vsum sustineant, liquet enim fœminarum esse (velut olim bacchidum) discerpere homines & comedere infantes, & omnia infanda patrare.

8 Cur ambitionis avarique simul omnium pessimi? An quod avarus eripit pecunias & opes, ambitionis alienum sibi ascribit honorem: idem eiusmodi vir optimis eos cum quibus versatur spoliat, idemque omnino pernitosus. An quod avarus ob rem omnia flagitia admittit similiter & ambitionis, idemque rapinarum & indebiti honoris causa fit seditionis, perfidus, ingratus, iniustus, immodestus, itemque ob id stultus: aded cupiditate insanit. Et sanus sed & ob affectionem eum inuidus, osor virtutis & honorum. Solum possunt carere luxuria & gula presertim ob avaritiam, ostentatores loco liberalitatis. An quoniam ex contraria natura vitiis constet velut avarus humili

Sectio Quarta. 647

humilis esse deberet , ambitiosus , liberalis magnificus & splendidus , coniunctis ergo virtutis contrariis virtutum per quas solent moderatius ferri sunt intolleranda . An quod laxatis rationis clausis per vnum vi- tium , per aliud augetur in immensum , ve- luit per ambitionem anima occupata , iam superueniens avaritia quasi incendio hominem afficit immenso habendi , vt possit ambitioni satisfacere quasi ardorem immittit . Ea tamen avaritia quae non aliud est vitium sed solus finis est ut splendidè effundat , quod turpiter congerere nititur minus ma- la est .

9 Cur virtia dicimus causam esse virtutum ut ambitionem liberalitatis avaritiam parcitatis non contra . An quod virtus vi- tium parere nequeat : vitium dum retrahit à virtio virtutis causa esse possit , vel quod homines dum reddunt causam oderunt , querunt alienam , cum per se actionum nostrarū enim alia sit causa quam propria voluntas , cum ergo , aliam querunt causam : oderunt & qui oderunt etiam in malum trahunt , vel quod sermo solum mutetur nam solemus quandoque dicere ob liberalitatem ambitionis ; ali- qui esse cibebant , ob paritatem avarum . Quo genere sermonis vitium Suetonius in excusando Augusti aleam quasi societatis non avaritiae causa ludere solebat .

10 Cur homines adeò flagitosi ? An quod homo sit genus non species , quoniam animam vnam habeat plus , velut animal planta : Et ideo coequantur natura , indicio est quod solus homo in quocumque celo habitat & viuit etiam translatum . Et deo- vitia omnium animalium contrahit , vel quo- niam temperie manente lateat forma morum cuiusque animalis (vt in Proxeneta docuimus) sunt enim homines iracundi ut leones , clamosi ut canes , dolosi ut vulpes , proditores ut serpentes : improbi ut simiae , crudeles & saui ut tigrides , Maligni & san- guinolenti ut mulstellæ domestici imo etiam agrestes paruae & falcones : voraces ut lupi : segnes ut animal canorum Indiæ , & idèò omnia tegit illa facie vel etiam corrigat in- tellecu consuetudine & deliberatione . An quod mutua irritatione & vellicazione ve- lur cores & gladij sciuicem acuant . An quod in medio Geniorum & belluarum his cognitio illis voluntas & necessitas vrgens quae est nonnumquam in hominibus ipsiis deest . An quod cum sit adeò varium multis occurset occasionibus quibus aut allicitur aut impellitur .

11 Cur musici sunt adeò flagitosi inter ceteros , incontinentes , ebrij , lascivi , pe- tulantes , infidi , inconstantes , leues , glorio- si , mendaces , malæ consuetudinis nugaces ? An quia assiduus cantus cerebrum debiliter , vnde ratio minus valet apud eos ? An quod saepius assuecant edere & bibere & immo- dieb : idèò sunt intemperantes & morbosí etiam ; Ex intemperantia vero ad omne vi- tium proni ac magis ex ebrietate . Inditio hoc est quod Leo magister meus Musi- ca fuit admodum probus quia continens . An quod pueris & aliis musicis iam malis

conuerterentur ? vt ab his discant , ab illis non fiant prudentiores , vel quia cogantur pro- ferre antequam cogitare : vel quoniam re- laxationis causa vslus eius sit institutus , idèò familiaria habent carera quae ad id , lusus , iocos , risus , fabulas , nugas ex his mendacia leuitas : vbi grauitas discesserit quid boni spe- rare possit ? An quoniam pauperes sint plerique ? Pauperes autem habent virtia hominum & pauperum . An quod vslus musicæ sit puerorum adolescentium ac iuniorum quibus non conuenit Moralis Philosophia ? An quia iu- cundis musicis præsent Venus & Mars hi autem incontinentiae domini vnius furoris alter voluptatis ut suit M. Antonius Trium- uiro Antonij Oratoris nepos .

12 Cur puerorum amatores non sunt con- stantes ut mulierum ? An quia labilis sit ea etas ac breuis ut Poëta de eorum forma lo- quens :

*Tam cito purpureos deperdit terra colores
Tam cito formosas populas alba comas.*

An quoniam res prava sit & horribilis ac feeda omnino ut longa esse non possit ; & idèò breui cessat licet postmodum redeant ob easdem causas quibus ab initio in aliis peccauerunt ? An quod multa intercidant in hoc propter quæ eiusmodi consuetudo abruptipitur tum ex parte legum , tum natu- raz tum infamia ? Vel quod amor mutuus non sit idèò labat altera ex parte . Nun- quam de huiusmodi abuso magis admiratur sum , quam de Xenophonte viro pruden- te graui serio qui filios & vxorem habuit Philosopho : cui non sufficerit aberrasse , sed scriperint & delebatus sit huiusmodi sermo- nibus in quibus non poterat probari .

13 Cur homines cum mortem adeò hor- rent multi tamen sunt adeò crudelos in alios ; fermè autem : omnes in alia anima- lia ? An ut videantur fortis : Fortes enim cru- deles sunt ut Homerus :

*Dentibus his crudum lamabo viscera
mandes.*

Quod felicissimè mitatur Virgilius & ma- gis ad hominum mores cum induxisset Tur- num dicentem :

Euandro quallem mersit Pallanta remitto.

At post deodem :

*Ille humilis , supplexque oculos , dextram-
que precantem
Protendens , &c.*

An potius quod cedes in ira patratur , mors expectatur in timore ? Vel quoniam homines non curat nisi præsentia præteritorum obliuiscuntur , futura numquam super- ventura . An quia homines non cogitent sed solo impetu ferantur nec velint cogita- re . Quid Deus ? Quid consensus humanitatis ? Aliquando vna fuisse cum illis ? non debe- re esse priores bellis quæ aut non occidunt aut necessitate coactæ velut lupi & pardis . In omni virtute nobis aliquid esse voluptati- sis ? Si feramus exemplo ceteros fieri dete- riores ? Quid lucri in sauvitia cum iniuriam non acceperis . Omnia finem habitura ? De- terius fore homini nobiscum quam cani vel equo ? Aliquando posse nec cupere non fe- cisse . Digna homine decere & quercus digna
queru?

648 Problematum Flagitiorum ,

queru ? Posse eos quos tam malè afficimus esse quandoque coniunctissimos ? Tot exempla Romanorum imò & barbarorum ? Per pulchrum de Clementia librum scripsit Seneca ?

14 Cur qui coniunctos occidunt furii agitari solent ? Velut de Oreste ni fabula sit : de Nerone haud dubium. De Caracalla qui Getam occidit. Sed & Pausanias Puella cum qua concubere solitus erat occisa ? An non ob id furii agitati quod occiderint, sed quòd furii agitati occiderunt ? Vel quoniam altra bile laborent hi, à qua etiam perturbantur in posterum ? An quoniam magnitudo sceleris concutiat illorum mentem, vt in furem degenerent, vel quia fama populari perculsi dum timent, imaginantur, irascuntur, constare non licet ? An Genius quispiam malus vt de Bruto & Dione : isenim erat affinis Dionysio ? Vel quod ita sancitum sit legibus diuinis ?

15 Cur plurimi oderunt magis benefactores suos quam eos à quibus nullum beneficium acceperunt velut Caligula & Nero. Et Sylla in Lucretio Ofella torque alij. Et non solum praui sed inter egregios connumerati vt Alexander in Clitum & Parthenionem. Hoc construitur ex duobus quorum vnum est Aristotelis quòd ambitionis oderunt imò etiam magnanimi benefactores suos. Potentes autem & mali occidunt quos oderunt : ideò ergo etiam benefactores. Aut quia benefactores nimis virgeant & interim etiam gloriantur quod persepe est cum dedecore beneficio affectorum. Vel quòd eiusmodi homines velut pisces sarcophagi in omnes saevire natura consueverint notos & familiares : inter quos inueniuntur amici & benefactores : aut quòd in multis & cum multi sint benefactores casu contingit vt sub utrisque collocentur : ideò tales animaduertunt homines de quibus meritò cedit admiratio.

16 Cur fures suspenduntur apud nos cum nulla lex nec Iudaica nec Idololatriorum seu Romanorum nec. In Digestis nec Autentica vt confitentur, Egidius, Bossius Mediolanensis ita Iulius Clarus Alexandrinus. Regij Senatores Mediolani iubeat vt homo puniatur propter rem pœna corporali nedum vt moriatu : quanto minus vt suspendatur licet clarsus postquam sic proponat votum suum nisi adit speciale statutum postmodum dicit nisi sit consuetudo, de qua nunc non est propositum babere sermonem. Sed neque turca gens ferociissima & atrocissima. Et licet inueniatur in Autentica Titulo de Pace Textus qui iubet suspendi fures qui subripuerint quinque asses : illud est ob iacturam interrumpende pacis proper quam etiam digni maiore pœna : si quis ad genus mortis & modum respiciat non ad rem, qua nulla potest esse maior. Fuit ergo Federicus Imperator & suignati de quibus referunt quod nullus potuit regnare ad tertiam generationem. Tamen ille Imperatores fuerunt furibundi & ideo non solum metam excessere in hoc sed in aliis multo

evidenteribus erroribus, vt cunque sit, origo fuit à Dracone Atheniensi legulator, seu viro De quo adagium inuuluit quòd iura scripsisset sanguine humano : nam ex furto (vt ferunt) lactuæ pœnam mortis impofuit. Solon abrogavit. Itaque non vitupero Doctores qui hoc præter leges suadent, existimarent hoc utilitatem bonorum conducere : quia tamen res est contra naturam idèo nec laudari meretur, licet consuetudine coaluerit : nam consuetudo de extremo in extremum aliud transferre non debet. Ideò traducere pœnam pecuniariam in pœnam mortis ob illam, non videtur naturale, cum sint multa media, verberari, amputari aures, diuturnus carcer, exilium, Deportatio lapidinæ tritemes. Et non statim occidere & tam crudeliter homines quorum :

Mater longa decem tulerunt fasidia mens.

Excipio tamen ab his fures domesticos, incendiarios larvatos, & qui cum furto quavis modo imaginem violentiæ inferunt : nam causam mortis præbere possunt, similius qui à paupere filiis tribus saltē xiv. annis minoribus, quos in domo alat, surripuit, cæteros poena dupli aut quadruplici iuxta leges castigarem. Si non habent, ad fodiendum cogantur, aut gestanda onera. Alij forsitan iustum duxere quòd qui furunt alimenta viræ subtrahunt : Sicut ergo dignus morte est qui tabulam subtrahit, qua subtracta præcipitet homo ex alto, magis etiam quam qui gladio vel cælo occidere aggreditur, ita subtrahens alimenta, non minus morte dignus est quam qui occidit. Sed non par est ratio, nec vera similitudo, non hoc nisi admodum familia oneratis & valde pauperibus conuenit, at hos iam exceprimus. Alij dicunt quòd vt Stoici τὰ ἀμάρτια εἰσὶ τὰ. Ergo si æquilia qui in vita vorax est, peccat, & non mereatur mortis pœnam, igitur neque qui furantur ? An ergo vt dicebat Philosophus: omnia iura sunt aliqualiter iusta ? An quòd utile sit Reip. cum homines fortiores reddat ?

17 Cur adulteri sui ? Hoc enim est experimento motum Sylla, C. Cæsar, Antonius, Augustus quamvis specie clementiam obtenderit. Inde Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, Domitianus : comodus Bassianus, Zoë Imperatrix (postquam hic morbus etiam transit ad feminas) Ioanna etiam Neapolis Regina : Et Mahumetes ille belli fulmen de quo ferunt cum iuxta fontem cum puella quam amabat concubuisse dixisse volo experiri quid plus possit apud me an sequitur an amor & continuo derrusit amasiam sub vndis & diu reluctante detinuit donec suffocatam vidit. Ergo Astrologi facile satisfacerent huic quæsto : nam Martem & Venerem dicent præfatos esse horum moribus : ideò cum libidinem hi duo summam cum mulierib[us] sexu decernant idem & sequuntur, nil mirum si ambo hæc habeant qui eiusmodi nascuntur sub syderibus, idem solent

lent esse in bello felicissimi , quoniam hi duo planetæ inter se maximè conuenient . Et licet solum ad hos affectus impellant : Et vt Galenus dicebat nostrum sit ratione non solum alios induere mores , sed prorsus contrariis virtutibus eminere : tamen cum hi duo errores maximis ferantur orbibus vt etiam visu magnitudinem multum mutasse videantur : nil mirum si plures vincantur naturalibus vitiis , quam diuinæ menti obsequantur : Sed hæc vt incerta sunt , ita etiam dubia : nam primum non omnes qui bello inclity euaserunt Martem cum venere dominos Sortiti sunt . Sed potius Saturnum aut Solem aut Iouem , vel Mercurium vel Lunam . Habet enim hoc Astrologia vulgaris vt omnibus ollis (vt dici solet) operculum paratōm habeat : nam Mars si cum Sole potentes ob bellicam virtutem , vt crudelissimus imo immannis Diocletianus : nam is inuijctus alioquin fuit . Si aliis cum Ioue quantam fortunam , nam de venere satis dictum est . Sed quid Ioui cum sauitia ? Si cum Luna fauorem multicudinis ? Si cum Saturno grauitatem cunctationem . Si cum Mercurio : quanta miracula ? Sed admittamus omnia nos quærimus causam proximam hæc quam remota est ? In huicmodi ergo quæstis semper illud p̄ oculis habendum est : An (gratia exempli) sauitia libidinis an libido sauitia an neutro modo sed ambo hæc ab una causa pendeant ? Veluti vt dictum est de Avaritia . An alia remota & alterius generis : velut à quoddam genere atræ bilis . At prima si adit admodum perspicua est . Dicamus ergo libidinem mulierum (nam per adulteros vt per apicem omne genus libidinis in eo sexu intelligimus velut incestuum Coraphum Matchum hic enim quid communius habet vnde illud Satyrici :

Delicias vidua tantum aspernatur adulterer,

Sicut & stuprum,

Sed hoc etiam ad masculos extenditur . Diotekerion Diotesecon ita licet formare seu sequentes viduas aut ancillas . In vniuersum qui libidine multa fragrant sunt calidi corde & sanguine multo tenui abundant : iidem ergo ad sauitiam proni sunt vt Germani , prompti manu iracundi & fortes . Quomodo enim humor ille abundabit (quem abundare necesse est in his qui adeo ad libidinem prompti sunt) nisi etiam ad sauitiam inclinent animo ? cum sint similes leonibus .

18 Cur qui per formam ditati sunt inopes moriuntur ? Qui sic ditati sunt inter delicias sine virtutibus educati sunt , humilibus parentibus : nam nobili indole non talia parentur : & contemptui ob hæc habiti vnde licet ditati defensoribus carrent inuidia multa laborant : ipsi imperiti & contemptui habiti , ac voluptutibus mancipati turpiter parta solent fœde & misere disperdere atque amittere .

19 Cur puerorum amatores infeli-

ces ? Et plerique biothanati ? An quia humilibus & sordidis inhærentes aut vt iudicio careant aut affectu vincantur necesse est horum alterutra iacere eos oportet . Aut quod eiusmodi viri contempti & exosi sint nec sibi affines pariunt quorum auxilio innititur , nec filios gignunt quorum amore ad ardua negocia accendantur sed miseri iacent , velut scarabei sepulti in sordibus , vel quoniam aut natura laborant aut consuetudine : si natura atram bilem vincere necesse est : si consuetudine aut ob animi imbecillitatem aut flagitiosa societate his omnibus infelix vita , vnde etiam contemptu legum diuinarum atque humanarum ipsi verò vicissim contemptis ab hominibus quid mirum ad humanum genus comparatos esse velut feras ac serpentes . Quod si medij sint etiam medio modo se habent : vt vna ætate feliciores sint alia miseri .

20 Cur plerique ex his quos sapientes vulgus appellant & existimat flagitosi in venereis , Virgilii & Horatius in pueris damnantur : Cicero in incestu filij . An deesse poterat in toto orbe mulieres : Socrati Alcibiades , Aristoteli Hermias Eu-nuchus , Theophrasto Nicomachus Aristotelis filius : Plato ad turpitudinem vlique . Alij cum sororibus alijs cum matribus . At verò mihi ex his pauci videntur sapientes : Nam quod nouit Horatius quatuor carminibus contineri potest contemnere mortem quoniam vitari non possit : blandiri Principibus ut dent aut saltē non noceant : Non curare futura , quia sciri non possunt : Indulgere genio quoniam hoc est sua bene disponere : Non querere incrementum patrimonij quoniam fugiens sit ille porus , quo sitis augetur . Virgilium vt imperium arguebat C. Caligula & scripta illius delere cogitauit . At de Aristotele non est vt queramus : quamvis concubinam haberet tum licebat , ex hac suscepit Nicomachum & Pythiadem , forsan in iuuenta tum permisso flagitio v̄sus est : sed tunc sapiens nondum erat , videamus ergo veros sapientes Aristotelem , Hippocratem , Ptolomæum , Plotinum , Putarchum totque alios : omnes immunes non solum à vitiis sed suspicione ? Solus Theophrastus nomen sapientis moribus si illa quæ (vt dixi) feruntur vera sunt : quod tamen incertum est . Non decet raros euennit aut errata pro regulis statuere : neque si aliquis ex ordine vicio aliquo laboret : id toti ordini aut tanquam illi proprium tribuere . An quod sapientes dum nimis intendunt animum studiis , exhausto florido calore , redundunt & imbecillitate & vita differentia , & morum asperitate , à communi aliorum hominum v̄su & consuetudine vxoria alieni ? Vel etiam quod ob inuidiam dum viuunt suggestu æmulorum multa illis falso tribuuntur quæ postmodum in libros relata , imaginem veri exhibent ? An quod id multis ob con-

650 Problematum Flagitorum,

suetudinem accidat , & eorum à quibus docentur , & a manuensum & ancillarum : in quibus non tantum curæ impediri necesse sit ? An quoniam peruersa Philosophia quandam sibi normam viuendi seorsum statuant : ut erroribus suis periclitentur ?

21 Cur homines hac ætate adeo mali ? An quod vnaqueque ætas de hoc conqueratur Satyricus . *Omne in precipiti vitium stetit* , Lucianus . *Quid homines agunt , ut antea piserant decipiunt furantur , ut non , sit etatis hoc vitium* (vtinam esset melius aliquando sperare possemus) sed generis humani vt Democritus ait apud Hippocraten . An quodd hæc ætas sit omnium certè felicissima præteriorum , quorum memoria extet ? Deus autem omnia vt dixi æquat . Oportet igitur etiam homines inueniri tanto detiores . An quoniam maiora sint premia nunc quia mundus dicitur : maior inopia plurimorum cum mundus nunc sit plenus hominibus vt nullus sit terræ angulus qui vacet habitatoribus vnde maius interuallum felicissimum atque infelicissimum : ideoque proposita maior spes sceleratis ? An quod vigentibus tot seminariorum belorum sapientiae studia reliquerint quibus homines redduntur meliores . Indicio olim Athenienses alii Graciæ populis comparati .

22 Cur bona fortunæ contingunt plerumque iuxta opum statum ? Nam diuitibus grandes hereditates proueniunt ac ita de potentia & honoribus ? An quia connexio societas & vñus magis conuenit similibus . Si enim mendico hereditatem grandem reliqueris vti non poterit aut nescit ? Atque ita de magistratu & aliis ? An quodd sit similitudo quædam in his quæ ad humanum regnum pertinent qualis in aliis rebus ? An quodd qui habent & non habent diuersa ratione intendunt animum negotiis : velut pauper educandis filiis valetudini & deambulationi : mediocris sapientiae studiis deorum : vbi autem intenderis bona evenient . Eadem quoque ratione accidit vt miseris mors , & exitus crudelis eveniat .

23 Cur commutatio morum alii in bonum vt Augusto , alii in malum vt Neroni , alii nulla vt Vespasiano ? Et Seuerus Afra , Diximus antea in Tertia sectione omnibus ferme accidere ut mores mutant . Principibus sanè minus nisi dum à priuata vita ad principatum transeunt , mouent enim círconstantes magis quam moueantur : Et ob adulationem à femei ipsi & ab his quos mutauerunt retinentur . Alter casu etiam id accidit velut Neroni extincto Burrus , remoto Seneca & occisa Agrippina quorū metu aut verecundia continebatur : Quibus autem mali inteteunt , eorum loco detinores plerumque subeunt : At illi boni evadunt qui necessitate aut metu mali fuere velut Augustus & Cæsar . Qui ergo occupant tyrannidem vel mali perseverant vt Dionysius senior & Agathocles : aut in bonos commurantur . Qui aut Principibus nascuntur aut perseverant in prioribus institutis aut vbi ferulam euaserunt mutantur in melius sed frequentius in deterius . Qui verò elegantur assimilantur plerumque his à quibus electi fuere : vnde ab exercitibus omnes fere mali à Senatu boni , & ratio istorum non multum est difficilis , quia qui Bello intersunt , plerumque sunt sanguinolenti , inuidi , rapaces , audi & vt vno verbo dicam , omnibus fere criminibus dediti , ergo si quos elegant ad conducendum exercitum sibi simillimos eli- gunt , vel saltē cum spe , tales breui illos videndi , quales ipsi sunt : Senatus vero non nisi sapientioribus & prudentioribus componitur capitibus , si igitur aliquos eligere perorant , attente intuentur , & mores & probitates istorum , ut munere & officio cui destinentur , prudenter & iuste fungi possint ; tanta est enim Senatum Majestas , tanta est istorum Heroium dignitas , vt nisi sibi similes , hoc est , prudentissimos & diuinæ Sapientiæ maximè claros è turma hominum elegant , ar verò qui , vt dixi , militiæ dediti sunt quosquos ferociissimos & humani sanguinis maximè audios , quosquos , inquam , suæ imaginis magis immemores inuenire possunt ; tales præselecti semper habent .

PROBLEMATVM MATHEMATICORVM.

SECTIO QVINTA.

 Vr. numeri qui in denarios terminantur aut Quinarios velut x. xx. xxx. aut x. v. xxv. aut in monadem au senarium ut xi. xxii. xxxii. : xvi. xxvi. xxxvi. in eosdem redeunt si enim duxeris xx. in xxx. fit dc. & ita si xx. in xxxi. oritur bcxx. & si xx. in xxxv. fit dcc. Et ita xx. in xxvi. fit bxx. vt denarius ad se trahat omnes, similis autem in similem, producit similem xxxi. in xxxi. efficit bcli. vbi monas superest, reiectis decadibus, & xx. v. in xxxv. DCCCLXXV. & ita xvi. in xxvi. producit CCCXVI. Sed & xv. in xv. efficit ccxl. At aliorum nullus ii. iii. iv. atque vii. viii. ix. nam xix. in xxix. Gratia exempli efficit bli. An quia numerorum initium si monas finis autem Quinarius Secundi autem Quinarij qui est par initium senarius finis Decas. Par autem numerus vincit imparum: nam non solum ex pari in patem par efficitur vt ex impari in imparem impar, sed ex impari in parem, vel ex pari in imparem, par denuo efficitur tripla ratione, vt ex his tanquam principiis in eadem redeant & maxime decades ex quovis eorum in decadem non solum, sed ex Quinariis in Senarios ob duplicatam vim & principiorum & parium: imparium autem in impari Quinario velut i. v. & xi. xv. Et xxi. xxv. Sunt enim impares Quinarij scilicet Primus Tertius Quintus in suos similes, videtur autem Quinarius perfectus vt qui ex duobus primis numeris constet Binario si quidem atque ternario. Prope accedit ad hoc opinio ac mos Thracum qui ad quatuor tantum numerabant. Numeri ergo alij dissimiles parint quia imperfecti sunt quoniam hoc est impotentium velut etiam in animalibus musca vermes, & ranæ pisces inde vertuntur in ranas nam ii. in ii. efficit iv. & xii. in xii. cxlii. Et xiii. in xiii. in xxiii. ccic. An quia constitutio rotunda ab initio facta sit in Decadibus & earum comparatione reliqui dicantur velut xi. in xxi. efficit cc. xxxi. hic superest, à cccxx. qui numeratur decadibus inuicem ductis c.c. scilicet ut hic sit rotundus, xxxi. autem fit ex i. in xx. & eodem in x. residuum igitur est ad rotunditatem Monas. Idem ergo redibit ex ix. & xvii. fit enim clii. constituto autem octonario numero rotundo ex viii. in xvi. cxxviii. superest xxv. qui est ex viii. & xvi. inuicem iunctis & superest

Tom. II.

à clii. ad clii. monas eodem modo. Sed quoniam diuisio hæc & rotunditas non est consueta ideo videtur non animaduersa, semper enim Monas in ix. & xxv. & xxxii. & xl. exuberabit rotundo supposito ex Octonario.

2 Cur stellæ neque magnitudine neque figura neque numero decentem seruant ordinem qualiter decere ab Architecto tam sapiente? Velut ad hemisphaerium, aut duplam, atque huiusmodi? Verum ut castaneæ in cinere obiter dispositæ? Hoc coarguit stultam nostram temperitatem: existimantium sapientiam diuinam limitibus humanarum legum contineri. Nam primum quomodo ferantur certis legibus nondum potuit inueniri, maximè sublimes insimæ, celeriter tardè, & tamen perpetua norma seruantur. Quin etiam maxima inæqualitas æqualitatem summam patit. Aded ut cum superiorum quisque ad solidis coniunctionem peruenierit celerimè feratur secundum signorum successionem: vt ad oppositum contra eandem: ac talia multa in his atque inferioribus tunc etiam luna. Ideò velut in alogis proportiones & exquisitissimæ & admirabiles seruantur quæ in rhetis non possunt explicari, ita credendum est in his, non tantum iuxta motus sed situs magnitudines ac numerum seruatam esse summam & inexplicabilem rationem symmetriæ omnium.

3 Cur Elymæ compresso foramine inferiore ad eorum vt ferme dimidium occludatur vox grauissima tono integro ultra naturalem exprimitur quam vocant F. Tant infatuus, cum tamen occlusis foraminibus inferioribus imo etiam anterioribus ex parte quod etiam ratio ostendit fiant voces acutiores? An quoniam foramine illa sint altiora hoc autem humillimum? vel quoniam in illicis spiritus vis intenditur in hoc autem remittitur. Porro toni mensuram æquat indicium aurum.

4 Cur stellæ iuxta polos usque ad vi. partes non videatur ab habitantibus sub Äquinotrij circulo? An quia parum animaduersum. Et pauci ibi adeò perspicaces ad huiusmodi cognoscenda? An quoniam paucæ sint ad eam distantiam, sed vel longius quæ videntur aut proprius quæ non. Aut quod aës ibi obscurus sit? Quæ autem videntur bene, debent esse in aëre clariore quam oculus: aës autem sub Äquinotrij circulo purissimus est & clarus admodum. An quia terra sub eo situ depresso sit ut etiam lensit Philosophus, minima autem anguli differentia in ambitu ma-

III 2 gnat

652 Problematum Mathematicorum,

grati circuli portionem exigit: vnde videri non potest.

5. Cur una vox magis conciliat somnum cum tamen harmonia consistat & delectatio in pluribus atque concantu? An quoniam somnus non obregat ob delectationem sed potius ob tristum. Indicio est narratio fabularum quae magis quam rerum seriarum in somnum nos ducunt, vel quia vox una magis intelligitur plures vero non sic: Et quod intelligitur magis delectetur & ob id conciliat somnum. An quia inter plures voices necessarium sit esse magnum strepitum, modicus autem sonus magis prolicit somnum quam magnus ut in guttarum casu & fulvo riuorum, vel quoniam inter plures voces adsint acutæ quædam & veloces quæ somnum impediunt nam graues mouent acutæ & non consonantes impediunt. An quod in pluribus fiant diatesara & tritæ qui molestiam afferunt auditui? Vel quod verum id non sit quod una vox sed potius duæ humanae & citharae quæ sint bene concordes: duæ autem harmoniam efficiunt, & non pariunt confusionem ut plures. An quod non verum sit problema prouersus sed solum in pueris quibus accinunt nutrices ob familiaritatem.

6. Cur proportio Musica constet ex inæqualibus & dissimilibus reliquo ex similibus Arithmeticæ & Geometrica. An etiam Musica constet in Geometrica ut viij. iv. iiij. & ix. iii. j. Sed has non ita appellant quoniam nimis simplices & inartificiosæ, vel quoniam voluptas maxima in humanis non possit esse nisi cum molestia coniuncta: indicio scabies vetus, aura à calore cibis à fame ingenti, ideo oportere esse quod feriat & ob id necesse est adesse inæqualitatē, ut cum voluptate sit coniunctus dolor: nam secus oportet ambas aut afferre voluptatem aut auribus esse molestas, atque ita vel dolor vel non perfecta voluptas. An quod diurnus vsus id obtinuerit: nam nisi peritus musica magis delectatur Geometrica & omnibus æqualiter commutantibus in acutum vel grauem ut lastarij textores & rustici & calceorum futores.

7. Cur Musici damnant Diapente & Diapason succedentia similibus cum tamen suavia sint in cultis auribus at vicissim non neque commutaris partibus neque in triteo non duro vel sextæ vocis interuallo? An quia molestia nulla intermissa sit, harmonia autem exigat aliquid quod feriat ut dicunt est. An quod omnes ad id confugent fieretque inartificiosa musica. Vel quoniam mutatio cum sit cum motu exigat dissimilitudinem, aliter molestia redatur quoniam suo fine caret: in aliis autem cum sint molestæ per se in exercitatione concentus auti recreatur, vel quod lateat mutatio cum eadem sit proportio cum interuallum fuerit diesis aut coma ascendendo aut descendendo. An quod succedens consonantia ob priorem minus dulce sonet & imperfecta sit Ars autem fugit imperfectionem maximè perfectæ rei ut è regione ei contrariam: cum sit eius proprium imperficitu perficere.

8. Cur casus unius vocis aut diuorum in diapente seu in voce humana seu lyrae magis conciliat somnum quam in diapason, quamvis diapason sit perfectius? An quoniam in diapente sit minus voluptatis ad somnum requiritur remissio non ingens voluptas? Vel quoniam ea distantia magna nimis moveat sensum auris & communem ex eo? Aut quod in diapente sit aliquid molestie cum sit ab hemiola illa à dupla?

9. Cur Diapente in grauioribus concordet & diatesaron in acutioribus contra discordet? An quod consuetudo id receperit & ex usu delectatio, vel quod verisimilius est quod acuta celerius feratur ad aures, grauis diutius maneat. Si igitur diatesaron sit in grauioribus præoccupabit Diapente ob acutas & definet in diatesaron, & ita voluptas præcedet dolorem quod molestum erit contra ut dictum est suave est. Et ob id etiam si diatesarum sit in grauioribus auxilium erit ut acutiores post retineantur. Et erit semi harmonia, hoc autem in instrumentis difficile est.

10. Cur voces diuisæ in tonos & semitonias ut una sit proportio sexqui octaua alia xvij. ad xv. & xvij. ad xvij. quæ tamen cum sit absurdæ magis minus discors est: effici enim semitonum minus illa maius porro omnes per se & tonus etiam cum semitonio continuatus diffonat. An quoniam melius coaptentur an duo toni proximi valde sunt sexquiquartæ, vnde tonus & semitonium minus efficiunt sexquintam, æqualiter in rhetas non poterat dividendi. An quod Musica instrumenta seu per fistulas ut organa vocata seu per fidles ut in chelis & citharis ostendant interuallum octauæ excessus mutari integrum & manifeste à xvij. ad xvij quod minimum est ab aure quod percipi possit ut integrum licet in compositione comata & dies accinunt. Sed forsitan dices hac similitudine quantitatum deceptos determinasse interualla vocum, sed aliam esse vocum alias instrumentorum proportionem. Sed dupli argumento constat eandem esse primum quod integra interualla ex integris conficiantur velut diapason ex quinque tonis & duobus semitonis minoribus diapente ex tribus tonis & semitonio. Alterum quod exercitorum & perfectorum artificum ea percipiunt non secus quam oculi colorum naturam ac differentiam immo longe melius quia proportionem.

11. Cur Latina carmina sex pedibus constant, & bene sonant, Graeca totidem, & non adeo? Italica vndenis Syllabis nec se adeo sustinent sed videntur consonantiam requiri, & aliud expectare? Hebraica & Arabica ad consonantiam minorem, id est, octo Syllabarum spectant, sed gemina sibi inuicem ex definitia concinunt? An quod seni pedes impleant duodecim aut undecim tantum tempora, ob contractionem? Atqua ita res redit ad idem. Sed hoc habet carmen Latinum ac Graecum ut se sustineant, & ex quinto pede maximè

maximè tum sexto : nam si vel quintus pes bisyllabus , aut sextus trisyllabus non bene sonat : vt

Ampheon Dirceus in Aeteo Aracintho.

Et Pentametri ac Lyrici : Materna etiam lingua , quoniā pedes & tempora non adē bene & ad amissum constituta habent indigent consensu finium : velut illud :

Sic vos non vobis vellera fertis ones :

Sic vos non vobis ferius aratra boves.

Quæ palam est mollicam habere gratiam. Sic ergo imparibus syllabis sustinentur Italicæ ostendunt autem in lyricis etiam hoc accidere quæ quasi hemistichia appellantur ut illa *Terruit urbem*. Et id , *wifere Montes : aquore dama : Templaque Veste* , Cum vero spiritus humanus ad vndenum tempus sustineatur ille verò numerus sit impar per se sustinet vocem : atque à Quintario Septenarius & nonius. Indigit autem quoniā imperfecti Symphonia illa *ēstoriæ* in duobus autem spiritibus melius consistit brevibus quam longis: cum Arabes & Iudei exilis sint spiritus.


12. Cur sonus magnus adē concutit ut frangat cum sive res incorporea, neque enim ob motum aëris cum ventus longè concitatio id non possit , & acutus minus id agat quam gratis , qui tardior est ? An quod sonus qualitas sit corporea non tamen corpus ut candor ideo penetrat ut incorporeus & corpus secum ducit , ut sit quoddam vehiculum ad celeritatem : aër autem velocius motus diuidit corpora , præsertim dura & siccæ. An quod ob sonum sèpius repetatur motus ille unde quatit : quassata autem non semel facilem constinguntur. An quod in sono & maxime graui aër condensatur , & tunc attenuatur & penetrat.

13. Cur luna cum sit rotunda ut reliqua omnia astra sola mutet figuram ? An quia maxima aspectu ob propinquitatem ? An quia sola opaca ? An quia sola minimum luminis per se obtineat ? Certe venus quandoque satis magna ut umbram efficiat , numquam tamen à rotunditate perfecta vel minimum recedit ? An quia sola prope ?

14. Cur in Britannia tepidiōres hyemes quam in Italia quia longè proprior sit polo ? An quoniā solum bitumine abundant ? Bitumen autem calidum , atque id etiam in pluribus regionibus valde borealibus accidit velut in Prussia non omni sed ubi id adest , quoniā mare prope sit , est enim insula , mare enim calidum est ob salem. Sed Italia proprior est , mari quoniā angustior. An quod minor sit differentia hyemis abestate ob inclinationem , ideo minor mutatio , & sensus illius non adē evidens ? An quoniā Fluxus & refluxus maris qui non communis est Italiz̄ moueat auram tepidam. An quod gypsum quod ex putri lapide sit vbiique prope circumferentiam terræ effodiatur patredo autem calefacit ? An quia Anglia caret montibus ideo minus frigore affligitur hyeme præsertim , vel demum quod orizon minorem pariat differentiam tum cum in tropico est Sol , altitudinis

Solis atque descensus : comparando eam ad distantiam illius ab ipso Sole , id est , regionis.

15. Quæritur quæ ratio sit usus Thermoclinij seu *Sæntorou* nam si celerrimè moueatur non incalescit si tarde vrumur linea & partes eorum frigent : si donec pars calescat : adhuc cum tantumdem temporis in quauis alia requiratur non sufficit ad teporem. Sit igitur *Sæntorou* A , lectus



B, C, D, E. Eius altitudo C, F, Gradus caloris tepor sub tepidum temperatum. Tepidum Calidum Aere seruidum Fervens. Et super continetur donec F, G, altitudinis tanta pars incalescat ut sit profundissimus nec lineum vratur , at proportio longitudinis ac latitudinis inuicem ductarum iuxta easdem in superficie lecti ad moram proportione respondens: ductus verò eiusmodi non rectus & ex eodem rediens ut æqualiter incalescat : nam ultimum primo conueniet & mediæ partes mediis. Atque pars parti participabit ut non transferatur iuxta latitudinem totius thermoclinij , sed à tertia parte si patum à media si magis incaluit abesse si valde & cito transfecatur : verum si admodum : permixtetur totus inde redeat ad tertiam prioris partem latitudinis quæ iam incaluerat. Ita igitur collige longitudinem & latitudinem lecti , Thermoclinij , magnitudinem caloris : profunditatem rutsus lecti , moram celeritatem agitandi formam secundum quam deducere debes : materiam substratam : & partem ad quam vbi calefeceris totum transire oportet ut sint nouem quæ metiri oporteat , fines autem ne vratur quicquam : ut maximè ; & æqualiter ac quam celeriter incalescant.


16. Cur quatuor numeri per æqualia incrementa super aucti semper in denarium numerum aut ab eo numeratum finiuntur ? ut 1. 2. 3. 4. 11. 22. 33. 44. 21. 32. 53. 74. Et ita 7. 14. 21. 28. & 13. 36. 59. 62 ? Quoniā qui supertant à denariis sunt æque multiplices ad 1. 2. 3. & 4. hi autem denarium conficiunt ac denarij etiam denarios quia sunt rotundi : igitur simul iuncti denarium aut illi multiplicem.

17. Cur specula minora ostendunt effigies rebus vīs , maiora etiam si multo numquam? Hoc & duo sequentia Ludouicus Taberna Mediol. Romæ Gubernator sub Beatissimo Patre Trio proposuit mihi. Ratio est ut videtur quod magnitudo effigiei semper est media inter rei & pupillarum aut illi multiplicem.

654 Problematum Mathematicorum,

lae magnitudinem : tum **A**equalis cum speculum fuerit æquale rei & in ea distantia vt vere visa non appareat minor scilicet parua vt. pote vnius cubiti , si major distantia aut speculum re minus , minor effigies videbitur. Indicio est quod ex rotundis effigies minor semper videatur ex canis perspectice maior at ex planis vt diximus.


18 Cur speculum quantumvis magnum vnam reddit effigiem , diuisum plures ? An quod diuisio separat etiam imagines & idem tum separatae apparent plures . Sed diuisio speculo uniformi seu rotundo , seu plano una appareat imago. An ergo quod si speculum uniforme diuisum divisas effigies & imperfectas ostendat : coniunctum vnam tantum , sub diuiso situ plures ? At diuisum facile sortitur diuersos situs : quare loca effigierum varia sunt , & plures videntur. Indicio est primum quod planum apud rotundum diuisum sub eodem situ non ostendit : ut planum sub diverso , diversa , etiam si coniunctum & unum & quod rotundum & planum sub eodem situ prope posita duas ostendunt etiam sub eodem situ : quia rotundum proprius effigiem ostendit , piano : ideo aliam , & etiam quia minorem , ut dictum est , reddit , vnde si rotundum longius remoueat per duplum ex causa minorem , effingit ergo aliam. Causa igitur inter se rotunda & plana eandem in eodem situ referunt integrum si prope : diuisum si longius inter se distanterint , rursus cum diuisio transuersa oculorum comparatione fuerit poterit si sint diuerso situ , erunt duas facies una altera videri : si pars non est regio , erit una tantum : si sub diuerso situ altior non solum sed post. Ex hoc patet




quod que sunt similia cuiuscumque formæ sint & annexa vel parum distantia ut duo illa que vides ubi est regione plani oculus ponatur : & remotior à sublimiori ut in G , videbit facies duas & eam que in C,D,E,F , sub ea que est in A,B,C,D : nam videbitur inferior quoniam oculus magis distat A,C,D,E,F , quam A,B,C,D , & prope propter coincidentes radios : igitur una à tergo alterius seu sub alia videbitur. Et manifestum est ex his quod cum propriis erunt eo minores contingent diuersitates.

19 Quomodo videbitur mira res & referta innumeris gemis ac floribus instar Paradisi? Et hoc vidimus apud eundem. Statuatur in modum areæ spaciū trinū internalis distinctum quadratis , & vitris sepris crassioribus ut vice speculi & perspicui fungantur simul , & sint vitreæ tabulæ puræ admodum & aquæ coloris , adortentur interyalla singula monilibus gemmis floribus

conchis , effigiebus animalium ac miris quibusque rebus intus & à lateribus ita ut me-




dia via I , K , L , M , libera sit : ideo inspicient à lateribus , id est , vel M , reflectentur quæ sunt ex lateribus A , tabula G , M , H , & omnia aspectu commiscebuntur , & quæ citra E , L , F , ex E , L , F , inspicientibus ex , id est , gratia exempli & ita ex C , K , D , quæ erunt in parietibus A , E , & B , D . Quæ ergo erunt in vacuo A , B , C , D , reflectentur triplici modo ex C , D , E , F , G , H , & eadem diuersa videbuntur quia propria ex C , D , quam E , F , & ex E , F , quam G , H : ideo triplicata apponuntur etiam in angulis A , B : C , D : E , F : G , H , ut fiat sexplex representatio. Et item aliis aspectus singulorum varius ac verior iuxta perspicuitatem. Et tertius demum mixtus , ex omnibus nec refert ut spatia A , C : C , E , & E , G sint æqualia inter se sed bonum est ut sint , æquidistantia laterum cum D , B : D , F : F , H . Fuit autem singulorum cubiti magnitudo & major : verum inspicienti ex L , videbatur longitudo in immensum extendi cuius causa & latitudo amplior visa est : & machina similis viridario. Tantum potest ars & sensuum iudicium : ut ob comparisonem quod facile ferri posset videretur commodius etiam posse habitari.



20 Cur fune accenso inter duo specula videntur imagines singulæ luminum ac speculorum , nec plures ? An quia sunt plures sed velut in iride imbecillitatem non nisi

vna imago perspicitur. An quod plures accidunt, sed paucæ videri possunt ob obliquitatem angularum? An quod plures sed imperfectæ ob situum diuersitatem? vt quedam exiliter videantur & in parte solum, quod tamen parum experientia consentit. Sed maior difficultas est quoniam si in speculo A, B, C, D, apparat luminis E, imago & in speculo F, G, H, I, similiter. Et imago F, G, H, I, apparet in A, B, C, D, cum in ea sit P, cur non videntur P, & O, in A, B, C, D, sed solum vnius luminis, cum non coincidant in eundem angulum? P, in A, B, C, D, cum O, nec diuersum ostendit? An quod à speculo peculi quod est r: imago reflexitur: Imagines hominis non sit alia imago, sed definit?


21 Cur luna visa per recti limbum depresso oculo donec abscondatur longe major videtur quam si totam simul intuearis.



Sit in A, & videntur tota ab oculo in B, & sensim depresso oculo pars superioris abscondatur donec ex C, tota abscondatur. Et patet quod A, G, est quantitas Lunæ detecta: sed quia videtur in contactu recti id est prope & per triangulum A, H, G, & angulum H, sed delcidente oculo linea Lunæ est in periferia descensus linea ab A, ad G, quæ est longior A, G, igitur maior videtur Luna ex illo motu quam visa recto intuitu tota. Aut dic quod Luna tota visa videtur in lumine paulatim amissa visione videtur in obscuro: res autem visa in obscuræ major videtur quam in lumine. An quod clarius est angulus C, D, E, sit æqualis F, C, G, sunt enim contra se positi: lineæ autem C, D, & C, E, sunt ferme æqualem ut etiam C, F, & C, G, & C, D, & C, E, sunt maiores C, F, & C, G, igitur D, E, minor F, G, iungitur autem G, F, vice F, G, vel G, C, propter motum.

22 Cur pleni vrcei vel parum humoris continentis in aquam demissi magis submerguntur quam qui plus dimidio non prope pleni? Primum aquam vitro leniorem esse dignoscere opere precium est, vnde si inane multum sit prægrauat collum vrcei in

alteram partem & submergi. Item & maximè si vacuum quod sub vrceo est non repleatur aëris enim qui subest dum exire cupit inuenit vrceum, oportet igitur, illum prius exacte exprimere. Tertio si altior sit aqua vase pondere petit imum propter vitrum. Quod si vas luperemineat & valde



plenum sit absque ad aquæ superficiem non submergitur modo sub fundo aëris non sit, vase ergo vitrea quanto leviora & rotunda minus inueniuntur. Quod si vas parte inani superemineat aquæ superficie infra nihil sit inane descendere non potest ob aërem supra contentum nec inflecti quod vitri grauitas modico excessu supererit aquæ in vase contentæ grauitatem. Tum nec minus si vt in figura in imo sit pes rotundus annexus: nam plenus aqua si debet inclinari oportet ut multum à recto declinet, ubi supersistens aqua resistit: & in quam declinat etiam à recto ad centrum terræ. Atque eo magis quanto per in longum protensus fuerit. Quæ ergo sine pede rotunda sunt facilius inclinantur. Et magis etiam plana. Potest & huiusmodi ratio ad lymbas traduci.

23 Cur est quod in Luna non videamus Solem cum illa fulgeat radiis eius & sit opaca quia vbi non illustratur non videatur. An quod lumen Solis est amplius maius autem luminosum non videtur in minore speculo solum lumen eius ut in igne magno speculo obiecto: at in speculis maximè concavis Sol videtur ut reflexus ab eis quia hic dum coit præcipue in pyramidem ut ignem excitet minor est speculo & id est ibi videatur. An quod sit perspicua in superficie id est repleatur lamina æquie splendore infra repercutiat & speculi officio iungatur, Sed maius lumen obfuscatur munus: cum videatur sub specie coloris: color autem minus continet lumen luce: maius autem lumen obfuscatur minus. Et hæc est quasi opinio Plutarchi. Cur à Virgilio dictum habet?

Sin ortu quarto, namque is certissimus author

Pura nec obtusa per Cælum cornibus ibit,

Totus & ille dies & qui nascetur ab illo,


Exaltam ad mensem pluvi a ventisque carrebunt.

An ne hoc Poëticum poëticæque dictum? An quod Quarta dies si à vulgo celebrata esset? Vnde illud Eū tēlēdī γεγεννᾶται. Vel quod ea genitus Hercules fortissimus mortalium declararet eam diem esse pro Luna validissimam ut Herculis inter-

656 Problematum Mathematicorum,

mortales : nam aliorum syderum curam non habebatur , velut ignotis iam tum astrorum motibus cæterorum , vt Luna cum triduo delitescat media dies pro interlunio habita est cæteri pio habita numeri ratione. Vel naturaliter magis ac Mathematicæ sexta diei initium ob occultata Luna incidit in quartam noui Lunij : in quinque diebus Luna ad sextilem suum peruenit qui à x. partibus distat à loco occultationis : hic primus dies ergo quæ Luna ab ingressu radiorum robur suum recipit. Vnde talis mensis erit maiore ex parte.

25 Circa datum circulum septem æquales circulos se inuicem contingentes describere. Vnde manifestum est quotquot à



figuris quæ à triangulo incipiunt ad deca-

gonum usque , ex duplicata ratione circumlos posse circumscribi.

Sit propositus circulus A, B, C, & in eo inscribatur Eptagonus (quia de septem circulis circonscriptis agit) iuxta doctrinam secundi Elementorum nostri cuius latus sit A, C, & duco A, puncto D, centro D, A, C : D, E, F, indefinitæ quantitatis per extrema A, C, & D, H, G, diuidentem A, C, per æqualia & ad rematos : Est igitur cuiuscumque lineæ ductæ æquidistanti A, C, à linea D, E, ad D, G, ratio A, H, ad illam vt D, A, ad D, E: quare D, A, ad A, E, residuum vt A, H, ad differentiam E, G, & A, H. Quare permutoando D, A, ad A, H, vt E, A, ad differentiam E, G, & A, H, vt fiat A, K, æqualis A, H: Erit D, A, ad A, H, ve A, E, ad K, G. Cum ergo D, A, & A, K, sint notæ, & A, E, composita ex secunda & quarta & ipsa tertia erit proportio A, E, ad K, E, nota. Fiat modo A, L, æqualis A, K, ex D, A in E, K, fit quantum ex A, K, in A, E, hoc autem æquale A, K, in K, E, cum quadrato A, K, & ex D, A, in E, K, quantum ex A, L, & I, D, in E, K, detracto communi ex L, A, vel A, K, in E, K, relinquetur quadratum A, K, æquale ei quod fit ex D, L, in E, K : D, L, autem nota est quia est differentia duarum notarum D, A, & A, L, quadratum A, K, notum quia nota A, K, igitur E, K, nota tam Geometriæ quam Arithmetiæ quod est propositum. Quia ergo E, G, est medietas rectæ F, G, & æqualis E, A, factis F, & E, centris contingent se inuicem & A, C, circulum quia E, F, transit per centra, id est per locum contactus, id est omnia nota ex datis ab Euclide.



PROBLEMATVM C A S V V M. S E C T I O S E X T A.

VR Mediolanum tanta passum sit. Quinimò ne fortuito accidisse videatur , iam ante multis annis cecinit Poëta Cæcus Asculanus. Eximiam eam Longobardæ regionem , fore semper tyrannidi obnoxiam. Quidam ergo ob opulentiam vt author hic sentire, videtur ; Alij ob situm ; parte enim una Eluetij imminent gens ferocissima : non procul Gallorum Rex potentissimus : utroque montes tueruntur , à nobis , nos ab illis minimè , vel quoniam Italia tota divisa sit in partesque munitionissimas , vnde his solùm de hac restare videret. An quod ob fusi-

Tim. II.

tilitatem voluptatibus incumbant : vnde non solum vt lepores sunt præda aliorum , sed vt pisces dum sibi inuicem inhiant , capiuntur ab insidiatoribus non solum hominibus sed etiam animalibus. Sunt qui putent ex circuitu hæc certis temporibus accidere , floruerit Romani diu , & diu laborarunt calamitatibus : & nunc etiama surrexerunt. An quia mores sibi (vt dici solet) fortunam fingant sunt enim ambitionis , necesse est autem populos qui eo laborant vitio in seditionem & ex illa in seruitutem deuenire. An quod mercaturæ dedita sit & ex commercio multarum genitum mores diversos habeat : vt sint velut

velut multi populi non vnuus. Atque etiam ad id facit diversus sibi viuendi mos ac peculiariis, verisimile autem non est quod toties occupata à Barbaris vrbe, quod Galorum redoleant naturam à quibus feruntur originem ducere. An quod populus ille maximè plebs leuis sit ac loquax ut mos est artificum quibus plena est vrbs. An quod diu in ea factiones plus quam alijs in Italiz partibus? Vel moti exemplo sapius, occupata est enim à nouis dominis, nunc sub Rege Hispaniarum Philippo saltem interquiescit ut à meliore Regis fortuna bene sperandum esset: vtique potentissimus est minus ab exteris est metuendum.

2 Cur contingit plerumque ut diuitiae male parta celeriter disfluant: maximè si in eodem non perseverent, vnde celebratur illud dictum. De male aquisitis non gaudebit Teritus hæres. Et est Glossa Iurisconsultorum. Solec etiam dici: Malè parta male dilabuntur. An hæc forsitan non vera quinimo multi felices habentur quorum maiores cum iniuria miserorum dimitias sibi pararunt? An quod quæ nullo labore parantur eadem spe atque legnitie custodiuntur & efflantur. An quoniam filii ac nepotes sint prodigi, natura ex extremo in extremum transeunte. Extrema enim magis inter se coeunt quam media in thoracis ac circulis, cuius indicio est, quod quæ transeunt in vitiis ab extremo in extremum minimè transeunt per medium. In vitium dicit culpæ fuga, si caret arte. An quod plerique qui rem suam breui sic consarcinant, multa parant aduersis legibus, morientibus autem qui personam pro pignore dederunt hæredes redimunt quoniam ipsi non consenserunt, vnde aliqui cautores etiam hæredum consensum reposcunt. Pluribus etiam aduenit ut diuites cum censeant morientibus ex alieno ære confusa fabula & scenicus apparatus appareat. Alia causa est quod res quæ magno impetu congeritur tanto fluctu non potest custodiri, vnde uxores filij, ministri assuecant direptioni: ita postmodum cessante lucro & primo custode omnia pessum eunt. Filij etiam virorum huiusmodi sunt ut dici solet *Audax Hædus tenuis tenuata*. Et vtcumque ex omnibus his aut certè pluribus tum aliis.

3 Cur carunculae à dextra nasi parte bene formatae si cætera respondeant, magnas felicitates præfertim in opibus portendunt. Dico cætera ut nasus labia aures oculi magni & decori. An non ita est forsitan sed accidit ut quibusdam hos contigerit? Sed sane talia sic significant alia quidem naturaliter alia vero præter naturam, velut dicebat Galenus quo caput in magnitudine moderatum, in forma recte se habens, rotundum & reliqua circa figuram cum quis magnis virtutes reæries bonas & validas ostendit. Similiter & de naso oculis fronte auribus: tales autem sunt felices quoniam prudentes constantes viriles solliciti patientes viuaces, non tamen necesse est ut sint felices, nam in quibusdam locis non contingit. Et quoniam sunt carunculae & sunt carneæ partes magnitudine plerumque ciceris pilosæ etiam meliores tubæ, idèo naturam efficacem & grauem

ostendunt, verrucæ verò in minorem felicitatem portendunt & cum maioribus laboribus quoniam sunt melancholie. Sed & nævi minus quam verrucæ & sunt à melancholia experte falso dinis, lenticulae autem sunt ab exhalatione & vapore absque materia, Nasus autem significat vim seminis quæ si non est impedita & potens magnitudinem decentem & formam & situm in medio aequirit. Sed si fuerit obliquus hominem pericularem & si parvus etiam stultum si magnus iniustum & malum non tamen insultum. Si simus & parvus puerilem & incisacem. Dextra vero pars est calidior & ideo cum calidi sunt efficaces & abundantia materiæ ac formatio bona significant robur, idèo tales sunt plerumque felices. Djudicant autem Metoposcopi ex lineis & signis ac membrorum formatione circa faciem. Alij redigunt hæc in stellas & dicunt quod Sol significat omnia membra dextrae partis & Mercurius natus idèo significat hoc Mercurium & Solem bene potentem ac rectè dispositum à quibus proueniunt felicitates magnæ, quoniam Mercurius prudentiam & Sol significat autoritatem. Alter quod eiusmodi signa contingent propter stellas fixas quæ sunt in locis principalibus. Et ideo dicebat author Centiloquij Stellæ Betenice dona grandia & modum excedentia sed plerumque male terminantia: Sicur visum est in Thoma Marino Genuense aded diuite cui postmodum tot infortunia acciderunt & habuit carunculam iuxta apicem dextræ naris, vel dic quod hoc prouenit ex proprietate quadam occulta mitionis elementorum significantem magnos quoddam effectus velut ex magna cogitatione quæ parit effectum illum ut in gallinis quæ cantant ut galli & calcaria emittunt, & mulieres quæ ex retentione mensis barbare euadunt: & pugnant sed plerumque sunt breuis vita. Et scias quod affectus animi nisi destituantur corporeis auxiliis affirunt plerumque fortunam: ut in proverbio suam quiske sibi finit fortunam: Et hoc ob mulierum & puerorum & plebeiorum immensam multitudinem ac consuetudines. Sunt autem ex complexu morum consentientium. Prudentia promptitudine, gravitate, comitate, modestia, lato vultu ac huiusmodi, contra impudentes, iracundi, cupidi, leues, effusi, simplices, stulti, prodigi, ebrij, multo certius milieri quam illi felices.

4 Cur qui lineas habent in frontis sinistra parte male positas velut venientes ex media & suprema ad alterum angulorum: atque item si rectam supra angulum interierem oculi, quædam transuersa supra sinistrum supercilium secuerit publicè securi percutiuntur ut in Scutifero de Marauigliis etiam Legato cum Gallorum Regis, velut nævis in dextra sublimi frontis, carceres perpetuos? Scire oportet lineas has raro multo ante effectum appere solitas; quibusdam enim per duos menses aliis per mensem plerisque xv. & etiam viij. dumtaxat ante dies paucis & non coloratae ante sex menses, vndò non potuit hæc ars (si modo est) determinationem habere. Ergo suprema dextra dicunt

658 Problematum Mathematicorum;

Dicunt Saturni est sinistre altitudine media Martis. An quod ea signa periculacis & impatiens iracundiae sint, vel quoniam ex meditatione valida eo tempore oboriantur, ut ab eisdem causis utrumque contingat. Scio duos quibus cum esset in animo timore gladio perirent, pridie quam perierint vni & alteri verrucam collo in sinistra parte obortam sanguinem dum scalperetur emississe. Itaque eadem die manus a proditoribus iniecta occisusque est, alteri securi caput amputatum.

5 Cur signa signis respondeant ut quae latent praedican quasi ex coniugato loco? An id fortuito accedit ut hic illi. Sed non tam vnu vni quam quodd natura maculosa cutis hoc ex illo significet atque ostendant, vnde sic distingunt faciem atque alias partibus corporibus comparant velut frontis summum pedibus, atque sinistro praecordio ex dextra parte: ita paulo & ex sinistra inferius super dextrum praecordium & ex frontis summo in pedibus. An quodd vana sint omnia & solo casu constent? Mirum est enim quod in tot seculis in tam facilis & frequenti experimento nihil sit obseruatum fide dignum. An quodd etiam casu & tempore supereruerant mihi olim verruca in secundi nodi pollicis domestica parte dextri brachij. Et naturalis supra cilium sinistrum lenticula valde parva & vix visibilis lenticula qua mihi multa mala significabat.

6 Cur monstra pleraque fatidica censentur? Stultum referre in demonas cum illi illudant nobis potius quam ostendant: at monstra ex naturae errore contingunt. Ergo quodd natura non facile aberret nisi a magnis causis impedita? Eodem possunt inuertere etiam euentus alios? An quodd semper alicubi aliquid euenit magni quanquam plerisque infortunii: tum superstitione ducti homines ad ea refagintur? Sed quid cum ibidem effectus vbi & monstrifica euenire soleant, velut de caprolac ferente narrat Aristoteles nam domino non aliis diuitias praetulit. Et neque quicquam habet bifidum vituli caput cum sedatio ut populi, maximè alterius agri domini in quo vitulus natus est? An quodd non verum id sit de monstribus pauci autem maximè vulgus a miraculis monstra distinguere non norunt.

7 Cur familia numerum xiv. generationum non excedant? An hoc superstitionum est & vanum? constat enim cuiusque hominis qui iuuat familiam ac maiores non solum ad xiv. numerum, sed ad quadragesimum peruenire si non ex querubus natos velimus. Multorum etiam Regum numerus ultra illum extenditur: id est non sic simpliciter intelligi debet: sed ut florent sub eodem nomine & Regum vnu ab alio descendenter. Gallorum stirps quae à Pharamundo annis cxxxvij. post ad Capetos cc. presentes. D. Gothi cccxx. Longobardi cccx. Balduinorum familia nec xc. annis regnum Ierosolymitanum Lusitanorum autem Cypriam cclij. Velut nunc Ottomani quorum qui regnat xiiij. in ordine est. Primus enim fuit Ottomanus, qui nomen familie dedit. Hic enim patre natus. Ticho anno Christi

MCCC. regnare cepit, Et expugnauit Sebasticam. Secundus Orchana, obtinuit Buriam, Bithmiae Prouinciae Metropolim: cui successit Amurathes tertius ordine: qui Philippopolim & Adrianopolim cepit ac Myriam inferiorem subegit. Quartus Baizethus; Myriam hic superiorum Dalmatas Epirum Pannoniosque deuicit, Græciam fermè totam suo adiecit Imperio: sed demum à Tamberlande vietus & captus. Quinto loco reliquit Griscelebem Imperatorem, Eousque filius semper patri recto ordine successit. Sed illi filij loco Moyses frater arripuit principatum ordine sextus qui legitimum filium occidit: cui Mahometes Cyriscelebris filius vice reddita occiso septimus enasit Rex: hic Galacia, Pontum Capadociamque recuperavit, cui octauo loco successit Amurathes qui ordinem Ianizerorum constituit: quin alter Mahometes nouusque Imperator filius Amurathis secutus est. Hic fratrem occidit metuens exemplum Moysis, Asiam minorem totam subegit, Græcium recuperavit Lemnam, Euboecam, aliasque insulas & vrbes suo adiecit Imperio Triballos seu Valachios & Iaziges rurus superauit. Ceraunios & Scordicos prorsus obtinuit. Capadociæque Imperium eouique promouit ut etiam Italianum aggredi ausus sit. Decimus alter Baizethes. Undecimus Selimus qui Ægyptum Syriam & Iudeam suo adiecit Imperio. Duodecimus Solymanus qui Rhodum & Pannoniam subegit filiumque Mustapham nouo exemplo peremit. Nunc vero Tertiusdecimus regnat solymus arte Solimani filius qui Cyprus insulam cepit. Ergo ne dicemus non ultra preogredi fortuitum esse, ut vel non deficiat loboles, aut saltus mascula, aut ab alio euertatur, aut propriis discordiis cadant: vel superentur bello aut seditionibus, aut ignarus perdat Imperium, nihilominus etiam non est necessarium quicquam locum contingere. Quare nec vnum ex illis quoniam contraria non sunt. An quod xiv. numerus hominis si perfectio quod ex triangulo constituantur cuius duo latera ad tertium se habent sicut tertium ad secundum atque iterum primum & terrium ad secundum velut secundum ad primum: alij autem trigoni omnes imperfecti sint? Aut quoniam xiv. generationes penè trecentos annos continent, imò verius cccc. at in hoc tempore vices Saturnus Ioui iungitur & pene ea Syria nodus ad sui oppositum peruenit.

8 Cur vrbes pereant & illæ cum regnisi atque Imperii intra xij. annos ad interitum veniant? quidam putarunt accidere quod primi numeri scilicet duorum sit solidus solidi, id est, octo. Sed est ratio Mathematica ideoque ad talia inefficax. Præterea quid ad solidum solidi cum non sit receptum neque à Mathematicis. An quia numerus is magnus sit? in tam longo cursu autem verisimile est aliquid accidere vel ante vel paulo post ut sit fortuitum non determinatum. An quia ex humana natura in tanto tempore decidant alia noua resurgant: vicinæ prouinciae vrbes familie, ut eam in corpore humano omnia concutiuntur nra in

in M M M. annis octauus orbis integrum signum peragrat: D. autem sunt sexta pars M M M. calamitates autem quæ euertunt ciuitates sunt seditiones, bella, sterilitas, terrremotus ingens, pestis, inundatio. Et sunt sex. Et vt vna serius, ita alia frequentius aduenire solet: vt hoc potius in ordinem vniuersi sit referendum quam in vnius Fatum, id est interitum. An quod coniunctio scilicet orbium superiorum ad oppositum transierit & inualuerit. An quod quæ ex mortalibus componuntur licet sero necessario aliquando ad finem veniant si non aliter discordia naturali: aut vnoquoque quod sum est renocante. An quod verisimilius est vt id quod assumitur incertum sit: nam Roma M. annis persenerauit; Venetiaz iam M C X V I I . habitari cœperunt, sed annis post C C C X X V . instaurata: Atque post C C C . annos renouata est forma vrbis addito consilio seu collegio Decumano? Roma capita anno vrbis C C C L X I I I . an D C C X I . amicit libertatem. Ergo fortuitum istud esse videtur. Neque id laudo consilium quod nulli usque est, nec rationem habent solidam ostentationem, forsitan non malum fuerit in modo tutissimum mutare leniter instituta certis temporum circuitibus.

9 Cur multorum sapientum scripta intercederint? Hoc autem exemplo in primo libro horam collectorum declaratum est. An quod communis sit hæc ratio mortalium rerum: velut Horatius in Poëtica:

Debenus morti nos noſtraque.

An quoniam quæ mutant Imperia, linguarum etiam vium inducunt, unde priores libri cum vetere lingua coincidunt? An quia multi existimentur sapientes qui nihil sciunt præterquam nugari, vulgus autem tales sustinet quia intelligit: monumenta sapientum spernit quod non intelligat. An quoniam mundus aut retro agitur: & tunc ad rudes homines redeunt quibus nec ingenium nec peritia est: multo minus cura de huiusmodi, sed coguntur cogitare de vita, aut in melius proficit, & cum illo disciplina, ideo melioribus succedentibus priora negligi tandem necesse est; omnis enim disciplina est infinita. An quia fortes & robusti prævalent bello: hi autem odrunt disciplinas, quoniam inepti ad illas: inferiores se, nolunt præferti? An propter circuitum in mortalibus: ideo priora & propria occidunt, aliena quasi ex obliquo & noua exoriuntur, vt zodiacus in celo, rotâ seu laterâ præstigiatorum, quæ sumo circunuerterit: rectè quidem ob cylindrum, oblique ob figurâs in eo depictâs, quæ cochleari forma sibi inuicem sunt comparata?

10 Cur mundi pars quæ tot annis latuit nunc detecta sit? Certè illud à Seneca dictum est:

Venient annis

*Secula seris: Quibus Oceanus,
Vincula rerum laxer, & ingens
Pateat tellus: Typhisque novos
Deteget orbes: nec sit terris,
Ultima Thyle.*

Quidam volunt ex dicto Aristotelis inventum argumentum, quod cum India Orientem versus extendatur adeò vt fines illius sint iuncti Principio. Sed id non constat: nam eiusmodi India quam Aristoteles & antiqui norunt meridionalis est: nec ab Occidente distat plus c lxxv . partibus: ideo à Gadibus quod reliquum est tantundem esse potest. An quia ergo industria semper augetur? Verum non statim se obiecit sed mense toto nihil terre apparuit: unde mirifica fortitudo aut potius temeritas cogitantibus nullam fore spem salutis vt nisi post totidem alios dies cum iam cuncta putrescerent. Quod si non aliis in rebus maxima sapientia argumenta ostendisset tum præcipue illa ingrata detentione, & tam periculoso redditu cum compeditibus qua vel liberè miserrima esset conditio furentis insanæ & desperationis argumentum dici potuit. At nunc quibus te laudibus afferam Christophore Columbi non familiæ tantum non Genitensis vrbis non Italiz Prouinciaz, non Europæ partis orbis solum sed humani generis qui factis egregiis non Alexandri gesta non C. Caesaris victorias sed facta Achillis & Heroum nugamenta Poëtatum veris gestis superasti. An ergo Genius aliquis hoc voluit seu propitius nostris, seu Antropophagis infensus & vindex impietatis illorum tam ingenti miraculo fauit. An quod circulo quadam vt antea dixi undeque cuncta ferantur: nam parum absuit vt refert Ioannes Barrius ne ab initio intercepta fuerit nauigatio seu ad Indos illos nostri hemispherij: ex quia Moluchiaz & regiones nouæ comperta sunt, ex quibus per fretum Magellanicum necessarium fuit omnes has terras temporum curriculo detegi, docuimus enim superius multo antea quoddam umbras non tamen manes apparuisse. An fide habitat his quæ de Atlantica insula à Platone scripta sunt ad hoc inducti sunt. Malevoli ad ingentem cupiditatem retrahere possent. Alij ad sua astra tanquam recedente paulo ante Solis Abside versus Austrum inhabitatio illa frequentanda sit: & cum illa Occidens Boreale vt longitudi latitudini respondeat?

11 Cur linguarum tanta multitudo vt vix numerus inueniri possit. An quoniam per tempora & regiones sensim variantur? An quod loci ipsi affectus mutant & affectus voces vnde & palato & summis labiis, & dentibus & gutture & imo peccore vt Hæbrei sunt pronunciations & cum his soni variantur: Et illis variatis cum à noui intelligentibus aliter quam verè sonent accipiuntur, novo modo proferuntur, atque ita voces mutantur. Indicio sunt monticolaz qui asperè & Germani similiter. Et rudi modo qui valles inhabitant: cum mulieres mollierter, ita sensim ex vna lingua transitus in aliam. An propter bella & imperitos vt pueros & nouas res variantur nomina ac linguae? An propter institutiones varias maximè in arte militari. An ad dolum velut confida lingua quam appellant Bracecam quæ postmodum venit in usum. An ob tot artes vt apud Vitruvium insueta tot vocabula Architecturæ.

660 Problematum Mathematicorum;

chitecturæ. An ob promptitudinem, vt in nautica: vno enim verbo inusitato apud mediterraneos habitatores multa intelliguntur, vel ob formæ: figuræ & similitudines: omnia enim in tanta multitudine vocabulorum lingua novam efficiunt, vbi comparatae fuerint. Facit & ad hos obliuio imperitorum, frequens Analogia: carmine condendi curiositas: & scribendi ratio cum uno modo scribitur alio profertur.

12 Cur cum monarchia disciplinæ fluerint? à multis dubitatum est. Et an Arctium studia commoda fuerint Imperio? Et certè quarundam vt machinarum armorum, nauigandi, ædificandi etiam & fabricandi pontes venationis, ludi armorum vehendi pondera equitandi vt sedentariæ inutiles, Et odorum ac deliciarum tum popinaria maximè damnosæ. At literaria valde utilis dum viri fortes & institia quibus Imperia præcipue stant celebatur, damnantur flagitia sceleræ incontinentes perfidi sœvi ingrati, altera ex parte elata potentia humana duo fert capita bonum quod ad pietatem tendit & prauum ad scelera & cacodemonas at Idolatriam. Ergo cum honor alat artes eodem tempore florent disciplina & viri excellentes? An quo eadem causæ quibus strenui homines euadunt, studiosos patientes & acri ingenio parturiant. Et Alexandri Magni ætate Aristotelem Theophrastum Demostenem Diogenem & alios. C. Iulij verò apud Romanos vt de aliis sileam Tibullum Catullum, M. Varronem; scientiæ quoddam Mare Ciceronem, Hortensem; An quod florenti pompa & regno illi elati magno hominum clamore non desierint postmodum? An quia ante oppressis diu ingeniis beliorum assiduorum atrocitate quæ monarchiam antecedere solent tum primum prorumpant, vel quoniam sub monarchia quies & pax quæ fit consentientibus in unicem Sole ac Ioue hi errantium maximi sunt, quibus regnabitibus & sapientes & probi in tuto sunt. An quod ita contigerit, nam Hippocrates & Homerus sub Monarchia non fuerunt: Nec Ptolomæus aut Galenus vel Aphrodiseus: Nec sub Assyriorum aut Medorum Imperio.

13 Cur raro virti egregij peste interierunt? Vix enim unus aut alter: M. Antoninus Philosophus Imperator sed in bello Germanico ob incommoda, Turius Camillus Oppianus qui de Piscibus carmine scripsit & Lucius eius nominis Secundus Pontifex aliquie pauci nec Primæ aut Secundæ classis viri. An quod intenti maioribus (ve Epaminondas aiebat) non vacet tempus circa vim moriendi? vel quoniam pestis feriat cerebrum, ipsum enim violentissimæ & frequentibus morbis subiacet vt ait Hippocrates, illis verò invalidum sit hoc membrum? An quod moderati sint in cibis & potibus; qua causa Socrates in eam aspera pestilentia morbo correptus non est. An quod pestis morbus vulgaris sit, eiusmodi autem homines cuidam peculiari nomine subiici videantur? An quoniam pestis senes occidit sed iuvenes: Præstantes enim senes sunt. Quis C. Cæsarem aut Aristotelem quadrangenarios

præstantes veros appellare ausus esset? An quia Pestis contagio aut aqua vel aëre propagatur; Præstantes autem viri à contagio prudentia si tuentur ab aëre & aquâ diversa ratione. Cum igitur contraria sit viuendi ratio sapientum & vulgi, pestifera autem dispositio aduersatur vita vulgi ac populari, fauebit sapientum temperaturæ & consuetudini & vicissim contra, vnde etiam si moriantur tum morientur cum alij maximè & bene valebunt, vel aliis ex causis.

14 Cur principes haud longæ? An quod antiquo tempore cum nullius legibus tenererunt per tot nefaria transeuntes intercederent ut Poëta:

Ad Cereris generum pauci sine cede manus.

Descendunt Reges ac siccâ morte Tyranni.

Quod si euferint in omnem luxum & libidinem deuoluti confidentia mortem sibi accersunt? An quia qui sibi pararunt immo dicis curis ac laboribus, vitam sibi abbreviant ut Franciscus Sfortia primus. Qui vero pro successionem accipiunt, iam debiles facti libidinibus luxu conuiuiis, curis, vigilis vitam imbecillem morbosam ac breuem reddunt: velut Franciscus Secundus. Et eius Frater? An quod etiam aliqui ad senium peruerenter velut Argantonius, Mithridates, Deiotarus sed pauci videntur quod mors eorum sit magis quam priuatorum conspicua? An quod insidiis pluribus & maxime Regum & propinquorum sint magis expositi quas si etiam euadant omnes, ingressi se neclutis imbecillitatem, tædio & mætore facile conficiantur.

15 Cur quædam quibusdam semper vt victoria F. Camillo Coriolano. L. Sylla, C. Cæsari? Astrologi in sua sydera rem referunt vt pote Solem cum venere in aspectu benigno Martis ac lunæ? Alij in dotes animi, prudentiam, fortitudinem, experientiam, & autoritatem confidentiamque militum? Et sunt qui putant causam esse fortunam quandam ac felicitatem, vt in libro de bona fortuna Aristoteles: vt videmus in aleatoribus. E quatuor enim illis tres in monarchiam erant ordinati: Coriolanus cedit suâ voluntate. An quod suis Genius sit potentior ac quasi dux fortunæ humanæ? Vel quoniam necesse sit vt in pluribus iactibus fortuitis aliquem esse numerum similiū? Vel quod hi inuentores fuerint nouationis militandi vt Philippus Macedonum Rex, Sarissarum? Et hoc quidem naturale & in pluribus verum.

16 Cur impij plerumque malum habent exitum? An Deo vltore? sed hoc habet plures difficultates: nec est naturale? An quia odiosi hominibus, homo autem sine hominum fauore vivere nequit? An quod inconscuti impij immodi & imprudentes, tales autem sibi exitium accerterunt? An quia maleficia stellæ illis stimulos addunt: quibus cum non resistant proruunt? An quod infamia laborent. Et ob id contemnatur? Vel quoniam impius bestiæ similis sit quarum finis miser est ac turpis. Id verisimilium.

17 Cur facinorosi publicè plectuntur?

In leges referri potest? Itemq; in merita Alij in solitum eorum qui iniuriam passi sunt? Quidam in securitatem mortaliū? An non nulli quodd Rempub. læserint ideo eidem pœnas luere debent. An quod facinorosi stultitia quadam laborent: vnde stupore quodam corripuntur vt nec vitare milites, nec aufugere, nec clām agere, norint.

18 Cur morbi hominibus & peiora velut Claudi, Cæci, Surdi? An quod homo maximè delitiis deditus & int̄periei à qua morbi & ægritudines. An quod molli & imbecilli sit corpore, vnde facile s̄p̄ius & grauiter viuant? An quoniam longævum animal idē à temporis iniuria magis atteritur? An quoniam pluribus animi affectibus laboret, ideoque etiam corpus læditur plurifariam? At & id facit quod metu malorum multa mala incurrit, & patitur: velut vigilias & tristitiam.

19 Cur in homine multiplex composi-
tio Menti, Affectuum, sensuum & corporis?
sunt enim in homine alijs affectus ratione
mentis quām in belluis: velut virtutes & con-
silia ac deliberatio? An quod menti consilium
& consilio sensus ad cognitionem, his
corpus vt materia essent necessaria? An quod
homo mīlū est ex omnibus, incorporeo,
animalibus & vita ac corpore? An quia æqua-
litas quādam requireretur velut incorporeo-
rum & corporeorum. Et sensus quidem interio-
res incorporei ac ex externis visus & au-
ditus. An quia perfectissimo animali mens
& anima rationalis supertueretur? An vt
Deus mundo præst̄ ita mens homini. Mundus autem totidem habet partes. Et partium
interiorum quādam cœlo affimilantur, quas
Plato vehicula vocat? An quod homo toti
animalium generi coequalis easdem patitur
differentias, quas totum corporeum genus
sola iustitia & fermento seu confractio-
ne differens? An quod vt in viperæ lingua va-
rietate ex velocitate motus maior appareat?

20 Cur musici raro diuites euadunt? Ex-
cipimus eos qui seruiunt Regibus.

*Principib; placuisse virū non ultima laus
est.*

An quia ars contempta & minimè neces-
saria idē seruiliis nec muneri bus magnis di-
gna habetur: vel quia libidini & gula dediti
artifices perdunt aquista eo modo quo
etiam parantur? vel quia ars ea gratiam cum
iuuenta amittit. Est autem iuventa brevis
stulta, & contempta; ob id disperit totum li-
berum? An quoniam inconstantes cum sint,
bona & amicos retinere nequeunt; omnia
autem humana maxime quæ ad lucrum per-
tinent tempore indigent. An quod musica
prudentia repugnat; opes prudentia quidem
maiore indigent vt retineantur maxima vt
disponantur, vel quod ab initio pauperes fue-
rint, qui multum institerunt vt proficerent,
pauperes autem difficulter ditantur. An hoc
contingit in nostris regionibus ob artificum
multitudinem: vel quia multipliciter vſus
eius & exercitatio impediatur vt ociosa ple-
rūque sit; nam organica tantum habet im-
pedimenti, tantum temporis exigit vt ad
vſum deducatur vt plus afferat tædiū quam
voluptatis, vel quod s̄p̄er aliquid desit, per-
fektio autem finis in quo opus, & inde opes,

Tom. II.

vel quoniam qui ea delectantur adolescen-
tes sunt stulti, parum pecunia habentes & in
alios vſus magis corporeos exponere parati.

21 Cur antiquo tempore tyranni feri fe-
lices vt Dionysius major, Agathocles Augu-
stus, inter infelices vt Dionysius iunior & Ia-
son Pherensis? Nostra autem ætate contra vt
Valentinus Borgia, & Azalinus vt contra
F. Sforza primus & Cosmas Florentia &
Ethrulorum Regulus. An quod non omni-
no vera sint velut Alexander Mamea qui Oc-
clus est cū matre, & Tiberius contra obiit in
Imperio, naturali morte? vel quod lex nostra
ad clementiam spectat, qui igitur præferoces
sunt, magis remoti sunt a coniunctudine po-
pulorum, magisque ob id innisi: Principes
autem constant consensu populorum, & nisi
ille adsit soli sunt, idē male pereunt, vel quod
ob legem magis res spectat ad successionem:
vnde solum pro legitimis habent quos eleger-
tint aut successione regnantes: alios oderunt:
at qui veri reges esse creduntur in his conni-
uent. An quia nostra ætas. Dum Deum colit,
puniendo iuxta acta censem, idē mitibus igno-
scit, vel quoniam exitus plerique principi-
pum (vbi legibus viviuit) prudentia constant,
mitiores autem prudentiores sunt.

22 Cur improbi diuturnioris vitæ? An quia
improbi calidi sunt & calidi improbi, cali-
ditas autem facit ad vitæ longitudinem? An
quod improbis homines non audent nocere:
boni autem sun obnoxij magis calumnijs,
iniurijs, veneno, oppressionibus ex quibus
vita decurtatur. An quod probi sunt paupe-
res, improbis non adēd defint vita necessaria.
An quod sub probis continentur maxime in-
temperantes, gulosi, libidinosi, segnes & in-
vidi quoniam eorum improbitas non agno-
scitur. Improbi sunt superbi iracundi crueles
latrones fures hi autem minus sunt intempe-
rati. An quod improbi audaces, multi autem
in calamitatibus timore aut desperatione in-
tereunt, velut tempore pestis, & in morbis ac
grauior vulneratis videmus, vnde tales ob
probitate facile mori illos tardē ob impro-
bitatem mori putant.

23 Mors quando superueniat, horum causa
quæsum est. Quidam ab Aphetis, alijs ab Al-
cocoden numerum vitæ sumant quæ res ea-
rum comperta in nostris regionibus est: Et
si vera sit, non hoc ad scientiam facit Philo-
sophi à dissolutione Elementorum. Medici
dicunt, fermè nullum sic videmus mori sed fe-
bre, inflammatione, doloribus, hecūca. Præ-
terea temporibus pestis moriuntur absque hac
causa, aut si ob eandē causam, cur non omnes
maximè rudes intereunt? nam dissoluti existi-
mant, quod crassioribus partibus constat. At
non id accidit sed potius contrarium. Alij
dicunt cum calidum non prædominetur hu-
midio? At humidissimos dicunt maximè diu
viuere. Alij donec humidum radicale (vt ap-
pellant) supersit. At hoc non est verum in his
qui cæde moriuntur qui in aqua suffocantur:
at nos querimus causam per se & communem
mortis quæ sit? Forsan dicemus extentionem
caloris in nostro corde innati quacumque
causa ortum habuerit tum mortem inferre.
Quæ vero causa communis harum causarum
una sed analoga, & vt ad unum referratur.

K k k

PROBLE

PROBLEMATVM
M I S T O R V M.

SECTIO SEPTIMA.

QVR Porphyrites cum longe durior sit cotibus, ferrum non exedit aut valde minus illis? Causa est quod est leuissimus idem non exedit, nec à ferro exeditur, vnde qui volunt illum communiuere, addunt Smiridis paluerem cum aqua, vt hæreat ipse cum datus sit & inæqualis adhæret & communuit pressus ab alio duro. Cos ergo cum mollis sit, argumentum habet quod sit inæqualis & ob id ferrum erodit ac vicissim eroditur. Porphyrites nec agit nec patitur, qui vero lapides duri sunt ac quasi ex arena compacti hi magis vtroque erodunt & maxime durius ferrum, ac chalybem & similia; sed si maximè inæquales, maximè & vt ita dicam nimis erodunt & facilius franguntur; quas ob causas nullius propemodum sint vlos supplentibus limis. Optimæ ergo cotes tenuissimæ sunt arenæ & idem durissimæ, contra durissimæ tenuissimæ nisi omnino leues vt Porphyrites & Ophites. Inutiliores etiam sunt leuissimæ & malles velut marmorum quædam genera & gemmæ Occidentales pleræque. Sed & Chrystallus & Amethystus ac myrrhis.

2 Cur ex falso verum ex veris nunquam falso sequitur. An hoc etiam ad id de inventione & causis perturbationis humanarum rerum sequitur, propterea & ibidem querere oporteat: nam vno falso tanquam vero supposito non minus descendendo quam omnibus falsis, falso sequitur, quod vero ad præsentem contemplationem attinet in generalibus & communibus manifestum est & ab Aristotele declaratum, velut si supponamus hominem esse asinum facilius concludemus esse animal quam si non quod quotidie exercent qui vnum medicamentum eiusdem efficaciz aliud esse affirmant, vt vulgare agrimonum quod forsitan vtilius est iecori, Eupatorium esse putant. An ergo quoniam verum, facilius prosilit, quod naturæ ordini acceptum sit falso? An quod falso aliquid contineat veri vt homo asinus, continet ex parte generis verum scilicet homo animal; ex duobus autem veris verum concluditur. In vero autem nihil falsi. Sed adhuc manet ratio tum quia ex duobus etiam falsis verum concluditur, velut si dicamus quod lapis est animal & asinus sit lapis confessum sequitur asinum esse animal. Rursus si dividatur Asinus in animal & rudentes homo autem cum utraque euadit viuens. Admissa paritate: quoniam falsa cum vera potest vtrumque concludere, sicut falsa cum vera, atque idem vera cum falsa; ad idem enim ferme redit & sunt, rursus pares, at non sunt pares quod

duæ veræ non possunt inferre falso: duæ falso, tam falso quam verum. An hoc etiam esse potest quod falso posset existere, id autem | Viuens non contingit vt in Hy. | Animal rudens perchen demonstratum | Homo est; essent enim falsa & ita simul essent ac falso nunquam est, quamvis ergo supponatur, non potest delere omne verum sed solum quod est ei contrarium. Descendendo tamē vt dixi, falso omnia contubat. Separare autem oportet contemplationes ambas & etiam à tractatione diurna.

3 Cur visus & radius è directo potentior, sonus ex oblique? Refert Xenophon Mosy næcis qui ultra Pontū habitant castella esse in montibus quæ inuicem lxxx. stadiis distant vnde tamen vltro citroque voces missæ exaudiri possent, quod efficiebat noui solum edita sed etiam crebris vallium sinibus concava regio. An ergo velut è speculis ad aliquot milliaria licet prospicere quod radius in vnu colligatur, ita in cauis sonus in vnum coit atque ex loco eliditur potentior quam ex eo vnde emisus est. Sed adhuc manet dubitatio; colligitur enim natura radius, colligitur & sonus: collectus efficitur validior: validior effectus vehementius eliditur: repetitus locns refocillat sonum vt specula lucem: hæc quatuor se inuicem consequuntur: at illud non est manifestum cur ex cauis quæ obliqua sunt redeant in vnum radij ex rectis: hoc enim demonstrari rationibus mathematicis potest; illud non ita, an quoniā cum partes redeant æqualiter necesse est ex circumferentia ferri ad centrum cauum, omne enim rotundum est videmus autem hoc in expirationibus hyemis tempore, verisimile igitur est id accidere propter ærem, quæ autem celestia cum in orbem ferantur, cur ergo lux & lumen in rectum? An quoniā incorporea recta ferantur, corpora omnia tam celestia quam elementaria circulari motu; inditum est aquæ motus: idem lumen recta procedit quoniā ipsa rei species mutatur in sono autem subiectum eius. Ob id sonus magis corporeus est luce. Inde ex his echo & procul audiendi ratio & fornicum structura: atque alia mirabilia velut in speculis.

4 Cur lumen candez F A E prodit gemmas, quæ à bræcia colorantur, si carbunculus nitidus A, B, cuius, A, alba pars sit & B, diluti admodum coloris, subiecta bræcia valde rubra & viuaci vt solent esse cum recentes sunt ipsi B, candidissima vero & pura A, in die colligitur lumen vt videantur carbunculus & adamas

adamas simul iuncti quo spectaculo nihil potest esse incundius admota autem candela in obscuro nil fecundus est & dilutissimi coloris carbunculus : ut hac fraude colligantur non solum , sed diuidantur colores prodantur autem candela lumine. An quia candela à latere lumen diurnum à superiore parte transmittatur ? Sed & si candela superioris admoueatur seplasia non iacet quamvis non adeò pateat forsitan ob lucis mobilitatem , vel quoniam candela lumen debile sit & idē spargat colores , vel potius quod tenuerit atque concretum , lumen autem diurnum crassius ac sparsum ut rubrum colori cogat alterum spargat , candidum autem fit dum spargitur adeò ut sit diffinitio eius coloris , ruber autem dum cogitur , nitescit & splendet. Et ut in quibusdam obscuris plus ostendit ratio quam experimentum hac in causa plus praestant Sycophantæ experimento quam sperari iure possit. Est autem lucrofa frans si succedit propterea annulis incluunt artificio preciosum tum ut authoritatem rei addant tum ut piceat soluere gemmam. Propterea gemmas in duplice lumine experiri oportet. Et enim carbunculus etiam albus optime tingitur , quoddam solidam habeat superficiem & idē nitorem ex tinctura magnum cum colore recipit , qui tamen ut dixi à lumine laterali detegitur. Quoddam si omnino ruboris sit expers candidatum est pulcherrima.

5 Cur magni viri apud populum sunt infames ? Vnde qui non se tutati sunt etiam damnati sunt. Themistocles Miltiades , Alcibiades , Nicias , Aristides , Phocion , Catoianus , Scipio maior Africanus C. Iulius Caesar Pompeius atque alijs sine numero ex ducibus Ex eruditis nemo euasit Anaxagoras , Socrates , Aristoteles , Galenus , Oribasius , Hippocrates. Sed & sponte ob eam causam exularunt Iphicletes in Thracia ; Cimothous , in Lesbo ; Chabrias in Aegypto Chares in Sigeo. Quid dicam de B. Hieronymo ; quanta enim is inuidia laborauit ? & quali causā , nisi quod esset eruditus & probus ? Achillinus Alexander Bononiensis ob inuidiam veneno extinctus est. Reserunt Ioannem Iuualem Vrsinum penè perditum falsis accusationibus , casuque liberatum. Quid nostrā aetate accidit Curtio , Vesaliōque , indignis tantā iacturā. Dicamus igitur quoddam qui egregij laude habentur , si ignauit sunt , bonis inuisi etiam merito deilectiuntur : qui autem virtute superiores evadunt , tot ignauis qui se illis impares esse cognoscunt , conspirantibus premuntur. An quod qui virtute praeceplunt cum aqua sit distributio etiam tandem vitii aut paulominus laborant ideò malè audiuntur? An quia Gloria inuidiam parit , inuidia odium & malam famam. Et rursus magno nomini magna conuenit à consuetudine mutatio , vnde plurimi qui ex priore statu utilitatem aut laudem vel voluptatem consequentur priuati eo emolumento authores merito oderunt & infamant , vel quoniam nesciant blandiri nec adulari & idē vel contemnuntur ut

Tom. II.

agrestes aut insulsi aut odio ut superbi habentur.

6 Cur homines praeclarí quamvis non violenti violentum tamen exitum sortiti sunt : Anaxagoras , Socrates , Aristoteles , Hippocrates Hesen. An iisdem ferme causis quibus inuidiat & exinde iniuria ut dictum est subiecti fuere. An quod contumaces sint & ob gloriam quam adep̄i iam sunt indicant indignum humilibus cedere vel quod seu actio insigni seu genio seu virtutis ardore prouecti sint , eadem ubi conuersores aut regio aut dominatur tantundem in exitium & calamitatem impellunt. An quoniam vita contemptus qua non minor est fortitudine militum ad hoc impellit ? Vel quia à similibus descenderint , ad magna enim nomen acri animo indigent.

7 Cur cum operatio sit perfectio formæ , operatio autem fiat in vigilia maior tamē voluptas sit in dormiendo quā vigilando? Indicio est quod Sybarite qui voluptatibus admodum indulgabant fabios & gallos ex urbe sua expulerunt ne somnum interpellarent , feruntque Smindridem primarium eius urbis nunquam per plures annos vidisse solem exorientem neque occidentem. An quod in somno non sit hæc voluptas sed indecabitu in lecto vigilando propter requiem & ad libidines ac monstruos gestus. Vel quod somum infatigatis somnis afferat voluptatem? Sed que si in somno cessat omnis sensus ? An quod consuetudo longa non efficere possit ut voluptas sit in somno , sed desidia sit eis grata & omnis labor inuisus . Vel quod in somno sit voluptas licet non sensum perfectio ut sentire videtur Gelenus in libris de motibus musculorum , maximè si placidis insomniis aspergatur ? An quoniam tanta fiat , in eo restauratio ut iucunda ob id tanto vigilia fiat , ut causa ob consuetudinem etiam iucunda reddatur & illius memoria & aduentus cum voluptate expectatur & expeleretur? An ex omnibus his aut pluribus. Vel quoniam ob consuetudinem vigilia laboriosa facta sit & operationes eius & ideo insuavis. Et velut homo in labore somnum experietur , quod in illius sensu sit dolor licet in somno non sit voluptas , ita etiam in delicatis ratione , & licet non adeò semper tamē.

8 Cur vj. Calendas Martij anni MDLXXIV. apparuit hora circa initium decima stella prop̄ Lunam cum esset tantus dies adhuc reliquus ? An quod lunæ vacua lumen cum comparatione iuvaret ad visionem ; nam tum luna erat occidentalior Sole xliij. partibus iij. fermè : Et idē prop̄ lunæ partem à Sole remotissimam , & in ipsa longitudine , occidentali media constituta , nam motus eius erat æqualis fermè Solis motui. Et latitudo lunæ meridiæ , Quatuor fermè partium : Veneris autem ex aduerso Borealis par : quasi trium , quo sit ut bisariam Luna Venerem iuvaret ac quasi protegeret à Selis lumine. Ideoque cum sit purissima & tum esset prop̄ Cœli medium & quasi in umbra scilicet à tergo Lunæ ut lumen in umbra magis videtur præsentim quod

K K k nubēs

664 Problematum Mysterium,

nubes tum Solem , tum Lunam ex aduerso obumbrarent ; per internulla aëre tenuissimo apparebat ? An quod aëris constitutio eiusmodi fuerit quo colligeret lumen illius astri velut in speculo concauo ex quo & radius illucescit multo candidior ac viuacior quæ ex Sole ipso . Hoc enim velut etiam ex solibus fortuitis manifeste contingere solet . An quod licet naturale sit prodigiū tamen loco habendum sit ? Sed dices cur Syrius cum si venere maior & illustrior & plus à Sole distet maxima temporis parte quæ Venus nunquam tamen de die conspicitur elato Sole plūtius ? An quod Venus densior sit substantiā ap̄ priori , an eius lumen efficacius Stellis fixis ? Vel quod attrita illa à sole via rēnior sit (loquor de aëre nunc) vt licet Stella sit in obscuriore loco quæ Venus sit , tamen in aëre densiore ac magis crassō ?

9 Cur qui nauali certamine plus valuebunt , pedestri non ita , & contra , velut Carthaginenses adeò mari valuerunt vt Romani decreverint non pugnandum mari . Et ita Antonius Augusto terrā felicior , statim mari succubuit . Et est familiare exemplum . Quidam referunt ad id quod nemo potest in duabus rebus præualeare ; natura enim humana angustis clauditur finibus . An quodd bellum terrestre exigat militem strantem ; nauale , agilem atque mobilem ? An quodd in terrestri hi vincunt qui etiam equis multum valent in marihi prorsus sint inutiles . An (quod magis est ad rem) si ex duabus æqualibus quantitatibus plus dematur ex una quam ex alia reliquo , quod relinquetur erit minus ; student enim vieti alio in certamine quicquid superest virtutum collocare ? An quodd etiam nouos sibi adiungant socios ? Propterea has omnes causas vbi magnum valde sit discrimen , problema non erit adeò firmum ?

10 Cur Insomnia ? Aristoteles in plures distinguit causas quas inuicem nequit . Primum reliquias sensuum specierum manere absente obiecto vt ab intuitu Solis : alterum quod in perturbationibus homines facile decipiuntur ?

Huc ades ô formose puer :

Et quod imbecillis sensus facile percellitur collatā imagine ad perfectam imperfectā velut cum ægri in laquearibus figuræ hominum aut aliorum siogunt quodd cogitatio abolita ex parte sit . Quod si protinus etiam fixè intuentur & si magis etiam manus admouent . Quartum quod non solum moto sensili sed etiam sensibus ipsis fallimur vt cum in naui sumus ripas moueri putamus & in circu clauis oculis in aduersum ferri ; Demum quod cum vigilantibus non solum species ab extra intus ferantur atque ab intus extra , dormientibus idem motus qui à priori occultabatur non obscurus est , sed mouet sensus vt dicimus et imbecilles : quem motum adiuuat animi persæpe perturbatio . Ideoque ob assiduos etiam motus desinunt , obliquantur , permurantur repente vt in fortuitis occurrerationibus : Sic ergo sunt insomnia & euanelscunt ac confunduntur . At-

que eo usque processit vt ostenderit , cur quandoque (cum non perfectè somno sensus obruunt) dijudicamus vnum non esse ei quem in vigilia agnoscimus sed valde persimile , cumque adhuc minus runc non iam insomnium sed spætrum dici debet . At quandoque cum ratio & sensus magis viget somniantes vere sentimus dolorem in primis , lumen , vocem ac talia . Sed cur & finem non docuit . Neque usui vlli esse videbuntur : nec delectationis causa cum plurima sint tristia : nec ob salutem , cum etiam quidam surgentes perierint . An ergo quoniam necessarium fuit hoc propter aliud vt respirationem ? An ob ornatū ? Siquidem anima à cibis & humoribus liberatur : Et libera perfectius aliquid adipiscetur ?

11 Cur quidam futurorum multa prædicunt ? velut anus quædam paucis anticis iuxta Romam que rectè vaticinabatur neque obiter : sed vt de Paulo Quarto quod xvii. die Augusti interitus esset palam , nec sine magno discrimine , cum eiusmodi res & etiam longè leuiores odio prosequeretur . An quod tales , velut & Nostradamus tot prædicunt qua oblitanterunt si non euentiant , & sermone anticipati tam multa , vt vera prædictisse necesse sit videri . An quod artibus quibusdam & probabilibus argumentis aliquā fata gant atque præuideant . Nonnulla etiam & mihi & tibi mira videbuntur quæ tamē naturali ratione constant , & consilio subiacent . An quod mens & anima pura Deo adiunta quædam cognoscere possit ? Ob id raro talia aggrediuntur : & quibusdam cum ceremoniis seu necessitate , seu vt non patiatur humanum genus Deus ulterius euehi . Propterea nemo qui his quæ non ex arte sunt , tanquam arte constent , vritur , in huiusmodi felix esse potest autem cui fides merito sit adhibenda . Nam & anus illa videbatur raro quicquam distinctè prædicere . Nihil tamen hæc magis auget seu miracula seu insomnia , quam quorundam in augendo studium seu vanitate seu dolo . Non negarim esse arcana quædam naturæ quæ si quis norit non videatur admirabilis : quibusdam proprium quoddam inesse quod effectus raros producat , vt de illo qui omnes eo anno naturali morte perituros agnoscebat referebant .

12 Cur æstiuo tempore illud celebrari soleat :

De Mane montes , de sero visita fontes ?

An quia radij solares matutini primum videantur & salutares quia orientales & rotidi ideo cum voluptate , vesperi autem zephyrus spirans nostris in regionibus iucundam mansionem , vel quoniam mane vegetum corpus hortetur nos ad ascensum : vespere siccata herbæ in ripa fluviorum discumbere . An quodd mane ob rorem & noctis frigus herbæ vireant magis ac luceant : flores vesperti , pisces vagentur ac aquæ priores fluant , & homines calescunt & bibere ac lauari optent . An quodd ista vnu constent , consuetudo autem omnia gratiora facit . Aut

Aut quod mane gaudemus occurtere lumeni Solis quo iam diu caruinus : vesperi umbra quæ plerumque in fontium margine vigeret, vel quod mane fontes nimis frigidi sint & fructus minus suaves quia acerbiores : vespero calidissimi montes : Et etiam quæ ibi nascuntur arida natura ac succi vacua siccata ? An ut saepe dixi quod unum non potest plura simul collecta efficiunt ?

13 Cur animalium & ut generalius dicam viventium species perpetuò manent? Hoc quæsitum est alterius generis quoniam si est (ut dici solet) primum dubium est : nam Balsamum pro succo non planta obicit. Et ubi operatio non manet vix dicendum idem Cithaeronum & laser periit. Et Phœnix ac multa alia. At si pereunt nec alia renascantur orbis desolabitur : Si alia loco horum ut Manucodiata Phœnicis loco: Garyophyllum pro cinamomo : Quomodo oriri potuerunt nisi ex putredine: Inde oritur alia quæstio. Et alia scilicet quod natura non eligat meliora. Præterea alia quæstio de his quæ aliquando intereunt ut pote de muscis, sed muscarum genus forsitan perpetuum est in orbe licet non Italia forsan nec Europa : At sunt serpentium genera admodum rara quæ interire verisimile est. Illud sanè valde admirandum muscas nunquam interire, & ubique esse tam similes, ut pote inter cetera nigras, ceterorum nullum genus aut per pauca. Sed ut dixi hæc parerga. Supponatur igitur id sic esse. Quidam dicunt Deum ita constituisse : sed hæc responsio cum causam non afferat huic argumento non congruit. Epicurei dicunt mansisse æterna quibus nihil defuit ad propagationem ad alimentum & ad externas injurias propulsandas. Sed hæc responsio cum manifestè falsis principiis innitatur, non est admittenda. Peripatetici dicunt species esse velut orbes qui in seipsis perpetuò reueluntur, ideo nunquam desinunt. Hæc non docet causam sed est de suis admirandis inventis. Platonici quod conseruantur ab Idea sua. Hæc est similis primæ : nam dato quod ignis ardeat & comburat licet sit ex operibus Dei, habet tamen causam : ut pote motum indesinentem quo se conservat & auget. Alij dixerunt vim esse in corporibus coelestibus ut à Sole sanguinea; à Luna quæ in aquis; à Saturno quæ primum ex terra generantur: ut plantæ omnes & quæ ex putredine sunt? Sed hi causam reddunt simpliciter non cur propagatione. An forsan melius conservari quæ principium habent tam validum generationis in se ut se tueri possint ubique: alia quorum principia corruptionibus quæ vagantur resistere nequeunt sed coguntur aliò transire velut hirundines singulo quoque anno: talia non videntur æterna simpliniter quia non apud consuetos homines: & huiusmodi tamen perpetua sunt. Alia debiliora non semper habent locum generationi aptum: & alia certo annorum, spacio intereunt licet post regenerentur. Alia demum proculs intereunt: & antequam regenerent;

Tim. II.

iterum alia eis consimilia sunt ut memoria hominum nunquam restituantur sed quodam loco eorum.

14 Talpæ cur protinus ubi è terrâ emercent, intereunt? Maximè in Sole? An quod aët subterraneus non minus ab hoc puro distat quam aqua ab illo aëre? pisces autem sub terra suffocantur, ideo & talpæ in hoc? An quod delas adæ terram fodiendo pereant? Indicio est terra cumulus congestus super foramen? Vel quod à Solis calore obeant; ideo & magis æstate. Indicio quod ubi emergant sub Sole & æstivo tempore protinus moriuntur velut & Scorpiones & vermes: quoniam sanguinea animalia Sole & coitu sunt ideo & in aquis & sub terra brevi moriuntur. Pisces à Luna & ex ovis ob id sub terra & in aëre pereunt: & eo celerius quo vita eorum tenuior est quam sanguineorum: Generata ex putrida materia & nullo parente aut principio à Saturno dignuntur: & inimica vtrique generi: nec in aëre libero nec aqua viuere possunt. Adiuuat autem illam Iupiter & Venus: ut etiam in generatione plantarum, qua de causa in plantis & animalibus è putrida materia mirabiles proprietates inueniuntur. Mars autem generat media & utilis animalia & ex ovis aut aliqua sede ut Bombyces & apes: peruerso ordine Muscas, vespas, Crabones quibus benefice ut dixi auxiliantur. An viri ad rem redemptam tum finis virtutum patrum est, & ut fugituræ morbum, incident in mortem, quod verisimile videatur quando quæ excent iam moriantur & magnæ sint, vel quod tum aët sub terra corruptus idem sit causa fugæ & mortis & indicium, idque verisimilius cum si ægræ forent non tantum terræ impellere possent. Aut quod non moriantur nisi percussæ: Indicio quod ex tot aggeribus vix una aut duæ mortuaræ reperiuntur. An quod terram quam deuorant sole moriantur, vel quod antea imbecilles vel alimento destituta. Vestem autem Ambrosius Vicecomes Venetiis ex earum pellibus confici curauit: magis admiratione dignam quam vñi hyemis aptam, erat enim insignis pulchritudinis ac leuitatis.

15 Cur ludi literarij magistri male de insolentia audiunt? An quod imperare consueti pueris retinent mores? Ob id refertur Dionysium iuniorem cum Syracusanam tyrannidem exiisse: multis opibus ex packo subtrahens se, Corynthe aperuit ludum literarum: quasi nulla esset propriæ virtutis conditio? An quia insanians quotidie cum pueris & ex operationibus frequentibus generatur habitus? ut inquit Aristoteles. An quod ex longo labore sicut melancholici? An quia plerique ex magna paupertate emergunt? vnde illud Poëta:

Occidit miseris Gramba repetita magistris.

Nemo autem magis sit insolens quam qui ex humili statu ad maiorem paulo emergit? An quod Poëtarum lectioni assueti mores

K K k 3 singunt

666 Problematum Mysterium,

singunt iuxta Heroës & Tragœdiae personas? An non omnes?

16 Cur Germani artibus, Hispani consilio praestant. An quod simpliciora ingenia Germanorum, magis ciuilia Hispanorum? An quod calor immodicus consilium non admittat in Germanis, nec Hispani dignantur artium exercitatione? Vel quia Germani robustiores sint corpore, Hispani ingenio magis versatili? ciusmodi autem magis etiam ad ciuilicem negociationem composto? Vel quod ciborum ratio diuersa sit copiosior Germanis, exquisita Hispanis. An ob Nundinas in Germania frequentes? An quod Hispani incumbant regnandi studio, hi operibus & linguarum cultui?

17 Cur Turcae & helvetij parum vitant pestem, cum plurimam differant regione, moribus & religione? An quod amba nationes maximè feræ sint? An quia ambæ impavidæ? An quoniam fœde viuant pariter. Pestis autem vitari non potest nisi ex vita culta diligenter?

18 Cur veritas adeò atmabilis odium patit? An quod vel occulta detegendo nocet? Aut nota obiciendo malum animum ostendit? Vel homines praua natura sint, idè non nisi malum exprobarti sibi metuant? An quia cum malus sis non licet impune de alio male dicere? Vel quod petulantia lingua cum sis, non nisi timendum sit, si scieris arcum aliud? vel quoniam improbus cum sit hæc versutia velis videri censor molestus atque superbus? placet tamen veritas alienorum vel occultarum & vtilium rerum.

19 Cur virtus opibus sit magis inuidiosa? An quia opes molliunt aut terrent inuidos? Aut quod virtus maius sit bonum opibus? An quia virtute si caret, cum in nostra sit potestate, licet exprobare, de opibus non licet cum sint ab aliis causis persepe, vel quoniam minus communicetur virtus: idè multi virtutis specie redditur intrastabiles: dinites autem blandi sunt, hæc enim via ad opes? An quod virtus sit bonum populo incognitum honor autem ob id immitito deferti falsò existimatur? Vel quoniam humilis fortis hominis eam adipiscatur, indicio est etiam tales ob dicitias idem pati.

20 Cur Eunuchi sunt malorum morum? An quod nil prohibeat esse optimos & strenuos veluti Narsetes, Imperatoris Iustiniani: Fauorinus quoque Philosophus celebris Adriani state: An quia inter feminas educatione sunt viri: nam & Sardanapalus talis fuit licet non Eunuchus. Vel quia animal neutrum nec masculus nec femina? An quod amoris donis extant, splendore iucunditate, gratia, letitia, spe? An quia atra bilis non habeat quo sponte expurgetur? An quoniam irritati iniuriis improbi & malefici evadant vel ob fecundam conuersationem cuius sunt memores?

21 Cur insechorum abundantia pestem aut famem portendat? An quia humidum aerem & corruptum? An quoniam Satyri sunt memores?

dominium portendat qui talium author est iuxta Astrologos? An quia argumentum sit vis Solaris impedita, à qua orbis inferior conservatur, superior ornatur? An quod obseruatum quandoque ex eo in normam redactum? An cum intereunt, hæc est putredine accidenti? vel quia exedant fata & fructus ut desint, aut corrupta vitient corpora humana?

22 Mulieres cur viris mansuetiores? An quia humidiiores. Indicio est (contraria causa) Afros esse saeuissimos, vel ob educationem remota à spectaculis & exemplis saeuis? An quoniam arma non habeant alia quibus setueantur. An ut reddant paria cum illis soleant viri blanditi, vel quod pauca nerint: An experientia multarum rerum homines reddit saeuos?

23 Mulieres cur monstra pariant. Et cur frequentius aliis animalibus? An, ut alias dixi, homo genus non species: ideo verisimile est pluviis in genere uno quam in specie quavis inueniri. An quod molle natura fit homo ideo facilis à communi natura deflexus? vel quoniam diu foecum & in longo tempore plures contingunt errores? Aut quod sit animal valde natura varium idè pluribus casibus obnoxium? vel quia pluribus cogitationibus subiicitur. Indicio sunt macule & carnea sub imagine rerum desideratarum gestationis tempore.


24 Cur aqua frigida effusa super oleum ardens adeò flaminam emittit in altum? An idem in calida: An oleum ut fertur illam extinguat periculo experimento? An pisces & eur caroque obruant? Certum est antiperistasi aquam (non ut dicunt aëre) accendi. Ideo nescio cur dicant flamnam esse aërem ignitum cum in aqua non in aëre id experiamur. Inde ligna tenuia multam flaminam emitunt & fumus flammam antecedit: nec est ergo flamma ex aëre, unde ali aqua calida cum non adeò calida sit, emicat. Ab oleo similiter si sit actu frigidum: nam natura simile est: à terreis autem cum non penetrant extinguitur velut piscibus? An quod aqua penetrat oleum unde calor constringit & exurat oleum & aquam? An quod aquam exurat cum oleum non sit valde imminutum igitur separanda sunt postquam extinta fuerint, & ex liquorum proportione originem condiscemus.

25 Cur linea pennis distincta adeo terrat feras ut Seneca referat eas compelli in elastris: genitus ob id instrumenti vocari formidinem. An quod coloribus illis lucidis ac variis belluz terreatur tanquam visum hallucinantis. An quod aues esse & inferras filo imaginentur idè exemplo pernitoso deterri. An ob longitudinem timant laqueos ut funes lupum. Vel quoniam odore pennarum simul cum aspectu percelantur?

26 Cur Essedo commodius vehi quam carpento. An quod essedum solum duas habeat rotas, ideoque rarius aberret ac cespiter quam carpentum aut curtus est quatuor insunt rotæ, id vero manifestum? an quod in essedo rotæ sint maiores. Sit igitur planum A, B, C, rotæ maior A, D, E, cuius altitudo

Sectio Septima. 667

altitudo B, D, & erit altitudo minoris A, F, G, igitur vbi exciderit maior cadet



ex D, minor ex F, incommodius ergo erit fure casum ex F, quam ex D, in B. An quid rotæ effeci sit versus centrum incurvata intus velut si K, esset in C, cader ergo G, per lineam rectam axis enim communis est H, G, & K, est loco G, sed K, cadit ex obliquo propter inclinationem ideo minor lapsus cum fiat per latiorem rotam ob obliquitatem. Et minor concussio. An quod verisimilius est ob omnes tres istas causas? Vnde Suetonius: Solitus, etiam in gestatione ludere ita effedo alueoque adaptatis ne ludus confundetur.

A 27 Cur filum distractum à finibus rumpatur in medio? Quæstio Auctroistica? De contra chorida que non rumpitur vbique sed in medio tantum licet derrahatur vbique & debilitetur Achillinus inquit quia vbique partes consentiunt præterquam in medio ergo tota vis qua est diuisa per A, & vt colligitur in C, D, idèb ibi disruptur

non alibi, quoniam si in E, gratia exempli cum tota A, E, consentiat ipsi E, & tota B, E, similiter nō poterit disrupti ipsi E, sed in C, D, vt dixi verum cum A, B, distracta siue rupta in C, D, seu in E, sit æqualis si bi toti A, E, etenim & E, B, sunt æquales A, C, & B, C junctis insimil per communem Euclidis sententiam, cum sint æquales tot A, B? Deinde cur plerumque non in medio ad vnguem sed circa medium. Dicemus quid filum data æqualitate est in attractione altrinsecus non potest nisi in medio abrumpti. Quod si abrumptatur pura in E, oportet E, etiam tanto infirmiore C, quanto proportio A, C, in B, C, est maior ad A, E, in B, E. Vnde alij dixerunt quod maximè disruptur in medio, quia productum A, C, in B, D, est maius producto A, E, in E, B. Et consequenter in E, quam in F, quanto productum A, F, in F, B, maius est producto A, E, in E, B, interposito F, inter E, & B.

B 28 Cur sylus scriptorius in apice adeò tenuis ut fleatur, chartam tradit absque fractura? Si talis esse debet: è chalybe enim frangitur: ex ferro aciem tam tenuem habere non potest. An ergo quod leui manu teneatur idèb solum Epidermidem auferet; & ita non inuadet chartam. An quia dum consulimus stylo parcimus & chartæ vel quoddum sinuat, itque reditque vicissimum inflebitur eradicare potest tam subtiliter? Seu quod huic actioni perficiendæ ut charta non depercatur attritu gladij ullum ferrum non sufficiat, nisi quod tam durum sit, ac tenax ut duritie atterat tenacitate mortui se accommodet. An quod huiusmodi cum sit, extrema superficie pumicis minutissimi iucundissimi levissimique assimilatur.

